

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri  
omnes**

**Livius, Titus**

**Frankofurdi, 1648**

Liber X

**urn:nbn:de:bsz:31-105429**

cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac  
ordinum temperatione pareret. Ab eodem institum  
dicitur, vt equites Idibus Quintilibus transfue-  
rentur.

## DECADIS PRIMÆ. LIB. X.

## Epitome.

**C**olonia deducta sunt Sora, & Alba. Carsoli Marsin  
deditionem acceperunt. Collegium augurum amplia-  
tum est, vt essent nouem, cum antea quaterni fuissent.  
Lex de prouocatione ad populum a Valerio consule tertium  
lata est. Duæ tribus adiectæ sunt: Anienfis & Terentina.  
Samnitibus bellum indictum: & aduersus eos prospere pug-  
narum est. Cum aduersus Hetruscos, Umbros, Samnites, Gal-  
los P. Decio, & Q. Fabio Coss. ducibus pugnaretur: Romanusq;  
exercitus in maximo esset discrimine: P. Decius secutus ex-  
emplum patris deuouit se pro exercitu: & morte sua victoriam  
eius pugna populo Romano dedit. Papyrius Cursor Samni-  
tium exercitum, qui iureiurando astrictus suo, quo maiore  
constantia virtutis in aciem descenderet, fudit. Census altus  
est: Iustrum conditum. censa sunt ciuium capita ducenta sexa-  
ginta duo millia, & trecenta viginti duo.

V.C.  
451.

**L**VGIO Genucio, Ser. Cornelio Coss.  
ab externis ferme bellis ocium fuit.  
Soram atque Albam colonia deducta:  
Albam in Æquos sex millia colo-  
norum scripta Sora agri Volsci fuerat:  
sed possederant Samnites. eo quatuor millia homi-  
num missa. Eodem anno Arpinatibus Trepulanis-  
que ciuitas data. Frusinates tertia parte agri damna-  
ti, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum:  
capitaque coniurationis eius, quaestione ab consuli-  
bus

bus ex senatusconsulto habita, virgis cæsi, ac securi <sup>V. C.</sup>  
 percussî. Tamen ne prorsus imbellem agerent an-  
 num, parua expeditio in Umbria facta est, quod  
 nunciabatur ex spelunca quadam excursionis ar-  
 matorum in agros fieri. In eam speluncam pene-  
 tratum cum signis est: & ex eo loco obscura multa  
 vulnera accepta, maximeq; lapidum ictu, donec al-  
 tero specus eius ore (nam peruius erat) inuento, v-  
 traq; fauces congestis lignis accense, ita in tus fumo  
 ac vapore ad duo millia armatorum ruentia nouis-  
 sime in ipsas flammâs, dum euadere tendunt, ab-  
 sumpta. M. Liuius Dentre, & C. Æmilio Coss. red- 452.  
 integratum Æquorum bellum. Coloniam agrè pa-  
 tientes velut arcem suis finibus impositam, summa  
 vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. Cæ-  
 terum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix cre-  
 dibile erat tam affectis rebus solos per se Æquos ad  
 bellum coortos, vt tumultus eius causa dictator di-  
 ceretur C. Iunius Bubuleus cum M. Titinio magis-  
 tro equitum, profectus primo congressu Æquos  
 subegit, ac die octauo triumphans in urbem cum  
 redisset, ædem Salutis, quam col. vouerat, censor  
 locauerat, dictator dedicauit. Eodem anno classis  
 Græcorum Cleonymo duce Lacedæmonio ad Ita-  
 liæ littora appulsa, Thurias urbem in Salentinis  
 cepit. Aduersus hunc hostem col. Æmilius missus,  
 prælio vno fugatum compulit in naues, Thuriæ  
 reddita veteri cultori, Salentinoque agro pax  
 parta. Iunium Bubuleum dictatorem missum in  
 Salentinos, in quibusdam annalibus inuenio: &  
 Cleonymum prius quam confingendum esset cum  
 Romanis, Italia excessisse. Circumuectus inde  
 Brundisii promontorium, medioq; sinu Hadriati-  
 co ventis latus, cum læua importuosa Italiæ littora,

dextra Illyrici Liburniq; & Istri, gentes fere & magna ex parte latrociniiis maritimis infames terre-  
rent: penitus ad littora Venetorum peruenit: ibi  
expositis paucis, qui loca explorarent: cū audissent  
tenue prætentū litus esse, quod transgressis stagna  
ab tergo sint irrigua æstibus maritimis: agros haud  
procul proximos campestres æceni: vltiora colles:  
inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi  
naues in stationem tutam vidisse (Meduacus amnis  
erat) eo inuictam classē subire flumine aduerso  
iussit. Grauiissimas nauium non pertulit alueus flu-  
minis. in leuora nauigia transgressa multitudo ar-  
matorum, ad frequentes agros tribus maritimis Pa-  
tauinorum vicis colentibus eam oram peruenit. Ibi  
egressi leui præsidio nauibus relicto, vicos expu-  
gnant: inflammant tecta, hominum pecudumque  
prædas agunt, & dulcedine prædandi longius vsque  
a nauibus procedunt. Hæc vbi Patauium sunt nunci-  
ata (semper autem eos in armis accolæ Galli ha-  
bebant) in duas partes iuuentutem diuidunt. Alte-  
ra in regionem, qua effusa populatio nunciabatur:  
altera, ne cui prædonum obuia fieret, altero itinere  
ad stationem nauium (millia autem XIII. ab op-  
pido aberat) ducta in naues paruas, custodibus in-  
teremptis impetus factus, territique nauis cōgun-  
tur naues in alteram ripam amnis traicere, & in  
terra prosperum æque in palatos prædatōres præ-  
lium fuerat: refugientibusque ad stationem Græcis  
Veneti obsistunt. Ita in medio circumuerti hostes  
cæsi que pars capti classē indicant, regemque  
Cleonymū tria inde millia abesse. Ibi captiuis pro-  
ximo vico in custodiam datis, pars fluuiatiles naues  
ad superanda vada stagnorum apte planis alueis fa-  
bricatas, pars captiua nauigia armatis complent.  
profe-

classique ad classem  
plus quam h  
perire in altu  
ad ostium amnis  
quæque nauibus h  
mulerat, victores r  
parte nauium in  
stratice propece  
Laconum  
supersunt, qui v  
naualis pugna eo  
solenni certam  
radio exerceat. E  
no presentibus am  
derinde exortus t  
latrinorum sedit  
vbi Licinium gen  
pelli armis coepr  
quem colonia  
libus hominum  
vitus dictus M. Va  
equitum sibi le  
ges credo quam Q  
bus Valerio subie  
spumine ortum er  
tra distator cum  
compulsis dei  
um. Plethinam, Fret  
pome agri multatis  
herulicos versus  
uorum repetendor  
magister equitum  
circumuenitur: si  
millium eade ac f

profectique ad classem, immobiles naues, & loca  
 ignota plus quam hostem timentes circumuadunt;  
 fugientesque in altum, ac nusquam repugnantes  
 usque ad ostium amnis persecuti, captis quibusdam,  
 incensisque nauibus hostium, quas trepidatio in va-  
 da intulerat, victores reuertuntur. Cleonymus vix  
 quinta parte nauium incolumi, nulla regione ma-  
 ris Adriatici prospere adita, discessit. rostra nauium,  
 spoliisque Laconum in aede lunonis veteri fixa,  
 multi supersunt, qui viderunt. Patavii monumen-  
 tum naualis pugnae eo die, quo pugnatum est, quo-  
 tantis solenni cerramine nauium in flumine oppi-  
 di medio exercetur. Eodem anno Romae cum Ve-  
 stinis petentibus amicitiam ictum est foedus. Multi-  
 plex deinde exortus terror. Etruriam rebellare  
 ab Arretinorum seditionibus motu orto nunciaba-  
 tur. vbi Licinium genus prepotens, diuitiarum inui-  
 dia pelli armis coeptum. simul Marfos agrum vi tue-  
 ri, in quem colonia Carfeoli deducta erat, quatuor  
 millibus hominum scriptis. Itaque propter eos tu-  
 multus dictus M. Valerius Maximus dictator, magi-  
 stram equitum sibi legit M. Aemilium Paulum. Id  
 magis credo, quam Q. Fabium ea aetate, atque eis ho-  
 noribus Valerio subiectum. Caterum ex Maximi  
 cognomine ortum errorem haud abnuerim. Pro-  
 fectus dictator cum exercitu, praelio vno Marfos  
 fundit. compulsis deinde in vrbes munitas, Milo-  
 niam, Plestinam, Fresiliam intra dies paucos cepit;  
 & parte agri multatis Marfis foedus restituit. Tum  
 in Etruscos versus bellum. & cum dictator aus-  
 piciorum repetendorum causa profectus Romam  
 esset, magister equitum pabulatum egressus, ex in-  
 sidis circumuenitur: signisque aliquot amissis, fœ-  
 da militum cæde ac fuga in castra est compulsus.

qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod si qua alia arte cognomen suum aequavit, tum maxime bellicis laudibus: sed etiam quod memor Papyriam scivit: nunquam ut dictatoris iniussu dimicaret, adduci potuisset. Nunciata ea clades Romam, maiorem quam res erat terrorem exciuit. nam ut exercitu deleto, ita iustitiam indictum, custodiam in portis, vigiliam vicatim exacta: arma, tela in muris congesta. Omnibus iunioribus sacramento adactis, dictator ad exercitum missus, omnia spectantia tranquilliora, & composita magistri equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes quae signa amiserant, extra vallum sine tentoriis desertitas inuenit: exercitum avidum pugnae, quo maturius ignominia aboleretur. Itaque confestim castra inde in agrum Rufellanum promouit. Eo & hostes secuti, quamquam ex bene gesta re summam & in aperto certamine virium spem habebant: tamen insidiis quoque, quas feliciter experti erant, hostem tentant. Tecta semivuta, vici per vastationem agrorum deuisti, haud procul castris Romanorum aberant: ibi ab hostibus armatis, pecus in conspectu praesidii Romani, cui praerat Cn. Fulvius legatus, propulsum. ad quam illecebram cum commoueretur nemo ab Romana statione, pastorum vnus progressus sub ipsas munitiones, in clamat alius cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes: quid cessarent, cum per media castra Romana tuto agere possent? Haec quum legato Carites quidam interpretaretur, & per omnes manipulos militum ingens esset indignatio: nec tamen iniussu mouere se audent: iubet peritos linguam attendere animum, pastorum sermo agresti an urbano propior esset. Cum referrent sonum linguarum, & corporum habitum, & nitorem, cultiora quam pastora-

hanc esse: te igitur  
nam conditas  
magis iam dolo cap  
vici audita sunt, &  
vici per latra: conliat  
parentem ad conf  
ita signa. Vifa lega  
praesidio sustine  
nem auxilia accie  
viciam sustinet. N  
in se sequi armatos  
in imperio erat. R  
vici ab impetu & cu  
certa nuper clade  
viciam amor ab in  
vici alios hortant  
magis se hinc ter  
vici tentat agmen  
vici contra princip  
aderant: & super  
vici legiones H  
vici: nec iam ab su  
viciore loco, in  
vici: ceterum satis  
vici tamini legatum  
vici dicem, quam  
vici magis adoliatu  
vici procedunt, in  
vici equi vique  
vici habebat signa leg  
vici repentinum hosti  
vici mala inter ordines  
vici equi permitti pos  
vici acies: & inno

pastoralia esse: Ite igitur, dicitur, inquit, detegant ne-  
 quicquam conditas insidias: omnia seire Romanū:  
 nec magis iam dolo capi, quam armis vinci posse.  
 Hæc ubi audita sunt, & ad eos qui confederant in  
 insidiis, perlata: consurrectum repete ex latebris est,  
 & in patentem ad conspectum vndique campum  
 prolata signa. Visa legato maior acies, quam quæ  
 ab suo præsidio sustineri posset. itaq; prope ad di-  
 ctatorem auxilia accitum mittit: interea ipse impe-  
 tus hostium sustinet. Nuncio allato, dictator signa  
 ferri ac sequi armatos iubet, sed celeriora prope o-  
 mnia imperio erant. Rapta ex templo signa armaq; :  
 & vix ab impetu & cursu tenebantur. Cum ira ab  
 accepta nuper clade stimulabat, tum concitator  
 accidens clamor ab crescente certamine. Urgent  
 itaq; alii alios hortanturq; signiferos vt ocius eant.  
 Quo magis festinater ire videt dictator, eo impen-  
 sius retentat agmen, ac sensim incedere iubet. He-  
 trusci contra principio exciti pugnae omnibus co-  
 piis aderant: & super alios alii nunciant dictatori,  
 omnes legiones Hetruscorum capessisse pug-  
 nam: nec iam ab suis resisti posse. & ipse cernit ex  
 superiore loco, in quanto discrimine præsidium  
 esset: cæterum satis fretus esse iam nunc toleran-  
 do certamini legatum, nec se procul abesse peri-  
 culi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem,  
 vt integris adoriatur viribus fessos. Quamquam  
 lente procedunt, iam tamen ad imperum capien-  
 dum equiti utique modicum erat spacium. Prima  
 incedebant signa legionum, ne quid occultum  
 aut repentinum hostis timeret: sed reliquerat in-  
 terualla inter ordines peditum, qua satis laxo spa-  
 cio equi permitti possent. Pariter sustulit clamo-  
 rem acies: & immixtus eques libero cursu in

hostem inuehitur: in compositisque aduersus eque-  
 strem procellam, subitum pauorem offundit. Itaq;  
 vt prope ferum auxiliū iam pene circumuentis, ita  
 vniuersa requies data est. Integri accipere pugnam:  
 nec ea ipsa longa, aut anceps fuit. Fusi hostes castra  
 repetunt: inferentibusque iam signa Romanis ce-  
 dunt, & in vitimam castrorum partem congloban-  
 tur. Harent fugientes in angustis portarum: pars  
 magna aggerem vallumque conscendunt, si aut ex su-  
 periore loco tueri se, aut separare aliqua & euadere  
 possent. Forte quodā loco male densatus agger pō-  
 dere supstantium in fossam procubuit: atque ea  
 cum deos pandere viam fugæ conclamassent, plu-  
 res inermes quam armati euadunt. Hoc prælio fra-  
 ctæ iterum Hetruscorum vires: & pacto annuo sti-  
 pendio, & duū mensium frumēto, permisum ab  
 dictatore, vt de pace legatos mitterēt Romam. Pax  
 negata: induciæ biennii data. Dictator triumphans  
 in urbem rediit. Habeo auctores, sine vilo memora-  
 bili prælio pacatam ab dictatore Hetruriam esse, se-  
 ditionibus tantum Arretinorum compositis, & Li-  
 cino genere cum plebe in gratiam reducto. Consul  
 ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atq;  
 adeo etiam absentem creatum credidere quidam:  
 & per interregem ea comitia facta. Id vnum nō am-  
 bigitur: consulatum cum Apuleio Panfa gessisse. M.  
 Valerio & Q. Apuleio consulibus satis pacatæ foris  
 res fuere. Hetruscū aduersæ belli res, & inducię qui-  
 etum tenebant: Samnitem multorum annorum  
 cladibus domitum, haud dum foederis noui pœni-  
 tebat. Romæ quoque plebem quietam & exoneratam  
 deducta in colonias multitudo præstabat. Tamen  
 ne vndique tranquillæ res essent, certamen  
 iniectum inter primores ciuitatis patricos plebei-  
 osque,

que aduersus eos  
 rem o' huius in  
 e cicum meo, in  
 ceperat pugnam  
 Fulvius in  
 signa Romanos  
 partem conplam  
 nis portarum qua  
 cedunt, si axes in  
 re aliquo de causa  
 delectus aggru  
 procedunt: quos  
 conelantur ple  
 unt. Hoc modo  
 & patio etiam  
 m'io, permissu  
 t'et'it si homin. qua  
 det'at'os triumphan  
 s, sine v'lo m'io  
 e H'erran'is et de  
 m compulsa, et  
 iam recubita C'itil  
 Non potest em, q  
 credidit quidam  
 et al'ia v'um et  
 cio Par'is q' d'it. M  
 us satis p'at'at'is  
 i res, & m'io quo  
 Al'torum an'no  
 f'cederit' omni p'at'  
 uicta m' de econo  
 do p'at'at'is: D  
 es essent, certame  
 tis p'at'at'is p'at'at'  
 o'que

osque, ab tribunis pleb. Q. & Cn. Ogulniis: qui vndi-  
 que criminandorum patrum apud plebem occasio-  
 nibus quasitis, postquam alia frustra tentata erant,  
 eam actionem susceperunt, qua non infimam mo-  
 do plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, con-  
 sulares triumphalesque plebeios: quorum honori-  
 bus nihil præter sacerdotia, qua nondum promi-  
 sca erant, deesset. Rogationem promulgarunt, vt  
 cum quatuor augures, quatuor pontifices ea tem-  
 pestate essent, placeretque augeri sacerdotum nu-  
 merum: quatuor pontifices, quinque augures, de ple-  
 be omnes adlegerentur. Quemadmodum ad qua-  
 tuor augurum numerum, nisi morte duorum, id  
 redigi collegium potuerit, non inuenio: cum inter  
 augures constet imparem numerum debere esse:  
 vt tres antiquæ tribus, Ramnenses, Titienenses, Luce-  
 res, suum quæque augurem habeant, aut si pluribus  
 sit opus, pari inter se numero sacerdotes multipli-  
 cent: sicut multiplicati sunt cum ad quatuor quin-  
 que adiecti, nouem numerum, vt terni in singulas  
 essent, expleuerunt. Cæterum quia de plebe adle-  
 gantur: iuxta eam rem ægre passi Patres, quam cum  
 consulatum vulgari viderent: simulabant ad deos  
 id magis quam ad se pertinere: ipsos visuros ne sacra  
 sua polluantur, id se optare tantum, ne qua in rem-  
 publicam clades veniat. Minus autem tetendere,  
 assueti iam tali genere certaminum vinci, & cerne-  
 bant aduersarios non id, quod olim vix sperauerint,  
 affectantes magnos honores: sed omnia iam, in quo-  
 rum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos,  
 multiplices consulatus, censurasque, & triumphos.  
 Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege in-  
 ter Appium Claudium maxime ferunt, & inter Pu-  
 blium Decium Murem, qui cum eadem ferme de

iure patrum ac plebis, quæ pro lege Licinia quor-  
 dam, contraque eam dicta erant, cum plebeis con-  
 sultatus rogabatur, differuissent: retulisse dicitur De-  
 cius parentis sui speciem, qualem eum multi qui in  
 concione erant, viderant, iunctum Gabino cultu,  
 super telum stantem. quo se habitu pro populo ac  
 legionibus Romanis deuouisset. tam Publium De-  
 cium consulem purum piumque diis immortalibus  
 visum, æque ac si T. Manlius collega eius deuone-  
 retur: eundem P. Decium, qui sacra publica populi Ro-  
 mani faceret, legi rite non potuisse: id esse pericu-  
 lum, ne suas preces minus audirent dii, quam Appii  
 Claudii: castius eum sacra priuata facere, & religio-  
 sius deos colere, quam se: quem poenitere votorum  
 quæ pro repub. nuncupauerint, tot consules plebei,  
 tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ip-  
 sa bella? Numerarentur duces eorum annorum,  
 quibus plebeiorum ductu & auspicio res geri cæpe-  
 runt: numerarentur triumphi: iam ne nobilitatis  
 quidem suæ plebeios poenitere. Pro certo habere,  
 si quod repens bellum oriat, nō plus spei fore Sen-  
 natui populoq; Romano in patriciis, quam in ple-  
 beis ducibus. Quod cum ita se habeat, cui deorum  
 hominumq; indignum videri potest, inquit, eis vi-  
 ris, quos vos sellis curulib. toga prætexta, tunica pal-  
 mata, & toga picta, & corona triumphali, laureaq;  
 honorantis, quorum domos spoliis hostium affixis  
 insignes inter alias feceritis pontificalia atq; augu-  
 ralia insignia adicere? Qui Iouis Opt. Max. ornatu  
 decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capi-  
 tolium ascenderit: si cōspiciatur eum capite ac lituo,  
 capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce  
 capiat? Cuius imaginis titulo consulatus, censuræq;  
 & triumphus æquo animo legetur. si auguratum aut  
 pontifi-

pontificatum adieceritis nō sustinebunt legentium  
 oculi? Equidem pace dixi in deū) eos nos tā popu-  
 li Romani beneficio esse spero, qui facci dotiis non  
 minus reddamus dignatione nostra honoris quam  
 acceperimus, & deorū magis, quam nostra causa ex-  
 petamus, vt quos priuatim colimus, publice cola-  
 mus. Quid autē egosic adhuc egi, tanquā integra sit  
 causa patriciorū de sacerdotiis, & non iam in posses-  
 sione vnus amplissimi sumus sacerdotiū? Decemui-  
 ros sacris faciundis, carminū Sibyllæ ac fatorum  
 populi huius interpretes, antistites eosdem Apolli-  
 naris sacri cæremoniārumq; aliarum plebeios videri-  
 mus, nec tum patriciis vlla iniuria facta est, cum du-  
 tumuiris sacris faciūdis adiectus est propter plebeios  
 numerus: & nunc tribunus, vir fortis ac strenuus,  
 quinque augurum loca, quatuor pontificum adiecit,  
 in que plebeii nominentur non vt vos, Appi, ves-  
 tro loco pellant, sed vt adiuent vos homines ple-  
 bei diuinis quoq; rebus procurandis: sicut in cæte-  
 ris humanis pro parte virili adiuuāt. Noli erubescere  
 Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in cæ-  
 sura, quem in consulatu collegam habere potuisti,  
 cuius tam dictatoris magister equitum, quam magi-  
 stri equitum dictator esse potēs. Sabinum adena  
 principem nobilitatis vestre, seu Appium Claufum,  
 seu Appium Claudium mauultis, illi antiqui patri-  
 cii in suum numerum acceperunt, ne fastidieris nos  
 in sacerdotum numerum accipere. Multa nobis  
 cum decora afferimus: imo omnia eadem, quæ vos  
 superbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe con-  
 sul est factus: Caius Licinius Stolo primus magister  
 equitum: C. Martius Rutilius primus & dictator &  
 censor: Q. Publius Philo primus prætor. Semper ista  
 audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos

gentem habere, vos solos iustum imperium & au-  
 spicium domi militiaeque: æque adhuc prosperam  
 plebeium, ac patricium fuit, porroque erit. En Ro-  
 mæ vnquam fando audistis patricios primo esse fa-  
 ctos, non de cælo demissos: sed qui patrem ciere au-  
 uumque possent, id est, nihil vltra quam ingenuos?  
 Consullem iam patrem ciere possum, auumq; iam  
 poterit filius meus. Nihil est aliud in re Quirites, nisi  
 vt omnia negata adipiscamur. Certamen tantum  
 patricii petunt, nec curant quem euentū certaminū  
 habeant. Ego hanc legem, quod bonum, faustum,  
 felixq; sit vobis ac reip. vti rogati estis, iubendam  
 censeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat:  
 apparebatq; accipi legem: ille tamen dies est inter-  
 cessione sublatus. postero die deterritis tribunis in-  
 genti cōsensu accepta est. Pōtīūces creantur, sua or-  
 legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Mar-  
 rius Rutilius, M. Lilius Dentor. Quinque augures  
 item de plebe, C. Genucius, P. A. Iulius Petus, M. Minu-  
 cius Fessus, C. Martius, T. Publius. Ita octo pontificū,  
 nouem augurum numerus factus. Eodem anno M.  
 Valer. Cos. de prouocatione legem tulit diligentius  
 sanctam. Tertio ea tum post reges exactos lata est  
 semper a familia eadem. Causam renouandę sapius  
 haud aliā fuisse reor, quā quod plus paucorum opes,  
 quā libertas plebis poterāt. Porcia tamē lex sola pro-  
 tergo ciuium lata videtur: q̄ graui pōna, si quis ver-  
 berasset necassetve ciuem Romanū, sanxit. Valeria  
 lex, cū eum qui prouocasset, virgis cædi, securiq; ne-  
 cari vetuisset: si quis aduersus ea fecisset, nihil vltra,  
 quā improbe factū, adiecit. id (qui tum pudor homi-  
 nū erat) visum credo vinculū satis validū legis. nunc  
 vix seruo ita minetur quisquam. Bellum ab eodem  
 cōsule haudquaquam memorabile aduersus rebel-  
 lantes

nos. Equos cum prate  
 quia fortina habere  
 in Umbria Nequ  
 us erat ad ius, in par  
 sita est: nec vi, no  
 inque eam infecta  
 Manius Torquatus no  
 rorum cum Q. Fab  
 tannes dierent cer  
 M. Mæcer Licinius ac  
 mularius in bellio  
 niole vni republica  
 tra ita nec diuim lar  
 tamen adilem  
 abo factum. Id ne p  
 ruzium auctor Pise  
 idus fuisse tradit C.  
 q. Carullium. Qui  
 redo cognomen et  
 utamque fabulam  
 bus comitibus, conu  
 uno condierum a P.  
 o Ameritione cen  
 dentis ac Terentina  
 loquinum oppidum  
 neretur: duo ex  
 in sancta muro, spec  
 inente oculo peru  
 lant. p̄quidum arua  
 acceptatos confirm  
 roque incaute cre  
 n alter obles reten  
 tatiū missi per quos  
 un transiuga duce in

lantes Æquos cum præter animos feroces nihil ex  
antiqua fortuna haberent, gestū est. Alter Cos. A-  
pileius in Umbria Nequinum oppidū circumfedit  
locus erat arduus, in parte vna præceps, vbi nunc  
Narnia sita est: nec vi, nec munimento capi pote-  
rat. itaque eam infectam rem M. Fuluius Patus,  
T. Manlius Torquatus noui Coss. acceperunt. In  
eum annum cum Q. Fabium consulem non peten-  
tem omnes dicerent centuriæ, ipsum auctorem  
fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi  
sibi consulatus in bellicosiore annum: eo anno  
maiori se vsui reipublicæ fore vrbano gesto magi-  
stratu. ita nec dissimulantem quid mallet, nec pe-  
tentem tamen. ædilem curulem cum L. Papyrio  
Curfore factum. Id ne pro certo ponerem, vetusti-  
or annalium auctor Piso effecit: qui eo anno ædiles  
curules fuisse tradit C. Domitium, Cn. F. Caluinū,  
& Sp. Carulium, Quintum Fabium Maximum.  
id credo cognomen errorem, in ædilibus fecisse:  
secutamque fabulam mistam ex ædilitiis & consu-  
laribus comitiis, conuenientem errori. Et lustrum  
eo anno conditum a P. Sempronio Sopho, & P. Sul-  
picio Auerrione censoribus: tribusq; additæ duæ,  
Atinensis ac Terentina. Hæc Romæ gesta. cæterum  
ad Nequinum oppidum cum segni obsidione tem-  
pus tereretur: duo ex oppidanis, quorum erant æ-  
dificia iuncta muro, specu facto ad stationes Roma-  
nas itinere occulto perueniunt: inde ad consulem  
deducti, præsidium armatum se intra moenia & mu-  
ros accepturos confirmant. Nec aspernanda res vi-  
sa, neque incaute credenda. cum altero eorum  
(nam alter obfes retentus) duo exploratores per  
cuniculū missi: per quos satis comperta re, trecenti  
armati transfuga duce in vrbem ingressi, nocte pot-

V.C.  
434.

R. I

tam quæ proxima erat, capere: qua re fracta consul exercitusque Romanus sine certamine urbem inuasit: colonia eò aduersus Umbros missa, a flumine Narnia appellata. exercitus cum magna præda Romanam reductus. Eodem anno ab Hetruscis aduersus inducias paratū bellum: sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus fines ingressus, paulisper a proposito auertit. pecunia deinde, qua multum poterant, freri, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adiuncto exercitu cum Romanis bellaret: de societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta acceptaque, cum parata cætera ad bellum essent, sequiturque Hetruscus iuberet, inficias eunt, mercedem se belli Romanis inferendi pactos: quicquid acceperint, accepisse ne agrum Hetruscum vastarent, armisque lacefferent cultores. militaturos tamē se, si virique Hetrusci velint: sed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur, tandemque aliqua sede certa consistant. Multa de eo concilia populorum Hetruriz habitant: nec perfici quicquam potuit, non tam quia imminui agrum, quam quia accolis sibi quisque adiungere tam esserata gentis homines horrebat: ita dimissi Galli, pecuniā ingentem sine labore ac periculo partam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Hetruscum, adiecti: eo minus cunctanter foedus istum cum Picenti populo est. T. Manlio Coss. Hetruria prouincia sorte euenit: qui vix dum ingressus hostium fines, cum exereretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, ex templo prope expirauit, tertius ab eo casu dies finis vite cōsulis fuit. Quo velut omne belli accepto, deos pro se commississe bellum memorantes He-

tes He-

essentia, sustulere an-  
 ym, tum incōmo-  
 ditæ et partes obuen-  
 iendi comitia ex sent-  
 entiam. M. Valerium  
 ege, dixere, quem sen-  
 timent. tum extemp-  
 tifici iussit. Aduentu  
 uerū nemo exta m-  
 ore: ipsorum obdion-  
 uasulū vastandis ag-  
 non villa solum, se-  
 mōis fumarent, elle-  
 uolentius bellum. o-  
 quā nō sit inuicem o-  
 bleant, fama Picent-  
 uo exorta est: Sam-  
 ure, seq; ab eis solici-  
 tate: de magna pars  
 unites uerū est. Car-  
 uare habitantur  
 plere quibus ad ill-  
 tum placet) ni eius  
 as multes tempelhat  
 anone dispensation-  
 istum onto fuisset.  
 merregum initum  
 iusdem P. Sulpicius  
 uone L. Cornelium  
 incipio huius anni  
 o Coll. uenerunt q-  
 uicere se nequiere  
 nites in seho exercit-  
 illoq; ad bellū cogere

tes Hetrufci, fufulare animos, Romę tum defide. V.C.  
 rio viri, tum incōmoditate temporis triftis nunci-  
 us fuit, vt patres ab iubendo dictatore confulis ſub-  
 rogandi comitia ex ſententia principū habita de-  
 terrerint. M. Valerium Coſ. omnes ſententię cen-  
 turieq; dixere, quem ſenatus dictatorem dici iuſſu-  
 rus fuerat. tum extemplo in Hetruriā ad legiones  
 proficiſci iuſſit. Aduentus eius cōpreſſit Hetrufcos,  
 adeo vt nemo extra munimenta egredi auderet:  
 timorq; ipſorū obſidioni ſimilis eſſet, neq; illos no-  
 uus conſul vaſta hdis agris, vrendisq; teſtis, cū paſ-  
 ſim non villa ſolum, ſed frequentes quoq; vici in-  
 cendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Cū  
 hoc ſegnius bellum opinionis eſſet: alterius belli,  
 quod multis inuicem cladib. haud immerito terri-  
 bile erat, fama Picentium nouorum ſociorum in-  
 dicio exorta eſt: Samnites arma & rebellionē ſpe-  
 ctare, ſeq; ab eis ſolicitatos eſſe. Picentibus gratiæ  
 aſtæ: & magna pars curæ patrib. ab Hetruria in Sa-  
 mnites veſta eſt. Caritas etiam annonæ ſolicitā ci-  
 uitate habuit: ventumq; ad inopiæ vltimū foret (vt  
 ſcripſere quibus a dile fuiſſe eo anno Fabium Maxi-  
 mum placet) ni eius vixi cura, qualis in bellicis tur-  
 bus multis tempeſtatibus fuerat, talis domi tum  
 in annonæ diſpenſatione præparando ac conuehen-  
 do frumento fuiſſet. Eo anno (nec traditur cauſa)  
 interregnum initum. interreges fuere Ap. Clau-  
 dius, dein P. Sulpicius, is comitia conſularia habuit:  
 creauit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fuluiū Coſ. 455.  
 Principio huius anni oratores Lucanorum ad no-  
 uos Coſ. venerunt ſuſtulum, quia conditionibus  
 perlicere ſe nequuerint ad ſocietatem armorū, Sa-  
 mnites infeſto exercitu ingreſſos fines ſuos vaſtare,  
 belloq; ad bellū cogere. Lucanq; populo ſatis ſupq;

erratum quondam nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, quam ut unquam postea nomen Romanum violent. Oxare patres, ut & Lucanus in fidem accipiant, & vim atque iniuriam ab se Samnitium arceant. Se quantum bello cum Samnitibus suscepto necessaria iam facta aduersus Romanos fides sit, tamen obfides dare paratos esse. Breuis consultatio Senatus ad unum omnes iungendum foedus cum Lucanis, resque repetendas ab Samnitibus censent. Benigne responsum Lucanis, istumque foedus. Foeriales missi, qui Samnitum decedere agro sociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis iuberent. quibus obuiam missi ab Samnitibus qui denunciarent, si quod adissent in Samnio concilium, haud iniuolatos abituros. Hac postquam audita sunt Romae, bellum Samnitibus. & patres censuerunt, & populus iussit. Consules inter se prouincias partiti sunt. Scipioni Hetruria, Fuluius Samnites obuenerunt: diuersique ad suum quisque bellum proficiscuntur. Scipioni segne bellum, & simile prioris anni militiae expectanti, hostes ad Volaterras instructo agmine occurrerunt, pugnatum maiore parte diei, magna utrinque; eade nocte incertis qua data victoria esset, interuenit lux insequens victorem victumque ostendit. Nam Hetrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus egressus in aciem, ubi profectioe hostium concessam victoriam videt, progressus ad castra, vacuus cum plurima praeda (nam & statua trepide deserta fuerant) potitur. inde in Faliscum agrum copiis reductis, cum impedimenta Falernis cum modico praesidio reliquisset, expedito agmine ad populandos hostium fines incedit. omnia ferro atque ignique vastantur, praeda undique acta, nec solum modo

ubi vastum hosti relictum, illas ignis. Verbi gratia, in quas toros Hostium consilii clara pugna, ut quaquam ambigunt, aggressus, nec ita multo eodem anno Carthago, cum deducta Fuluius. Cum comitatu, Hetruscos Scipione exercitus palam impet Hetrurorum conditione traxerit, ab his Samnitium, quos hostem comparat, suis sociorumque, dum, & haudquaquamamine. Hic tertioerent, omnes inpetentem, deindea recusantem, consensum laboribusent? Nec corporismodem: & fortunamiam iam in se, & res, videatur. Ad suam gloriam, nec honores, etiam honoribus delectatione tam iustam, restituenta tamen decem annos euerit. Vix pax strepitibus nihil id impedim

12.

animates animo te  
 bilis ducant, quam  
 manum violent. Qu  
 em accipiant, de riu  
 veant. Se quo  
 fisco necesse  
 des lit, tamen ali  
 consilio Sena  
 edas cum Locu  
 s censent. Berig  
 edus Pericles mi  
 sociorum, ac do  
 iubeant quib  
 denunciant, si  
 um, haud immo  
 a sunt Roma, ve  
 ant, & populus  
 parati sunt. Scip  
 boenerunt, dicit  
 calcantur. Scipio  
 anni militiæ ex  
 eritio agmine oc  
 te die, magna v  
 ientia esset, in  
 ritumque obli  
 alia reliqua  
 protectione hosti  
 progressus ad ca  
 nam, & thauru  
 de in Faliscu  
 menta Falena  
 pedito agmine at  
 edit, omnia fere  
 ue, atq. nec solum  
 movi

modo vastum hosti relictum, sed castellis etiam  
 vicisq; illatus ignis. Urbibus oppugnandis tempe  
 ratum, in quas timor Hetruscis compulerat. Cn.  
 Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bouianū,  
 haud quaquam ambigua victoria fuit. Bouianum  
 inde aggressus, nec ita multo post Aufidenā v  
 cepit. Eodem anno Carseolos colonia in agrū Æqui  
 colarum deducta. Fulvius Cos. de Samnitibus tri  
 umphavit. Cum comitia consularia instarent, fa  
 ma exorta, Hetruscis Samnitesque ingentes con  
 scribe exercitus: palam omnibus conciliis vexari  
 principes Hetruscorum, quod non Gallos quacun  
 que conditione traxerint ad bellum: increpari mag  
 gistratus Samnitium, quod exercitum aduersus Lu  
 canum hostem comparatum, obiecerint Romanis.  
 itaq; suis sociorumq; viribus confurgere hostes ad  
 bellum, & haudquaquam pari defungendum esse  
 certamine. Hic terror, cum illustres viri cōsularum  
 peterent, omnes in Q. Fabium Maximum primò  
 non petentem, deinde vt inclinata studia vidit, et  
 iam recusantem, conuertit. Quid se iam senem, ac  
 persunctum laboribus, laborumq; præmiis, solici  
 tarent? Nec corporis nec animi vigorem remane  
 re eundem: & fortunam ipsam vereri, ne cui deo  
 rum nimia iam in se, & constantior quàm velint hu  
 manæ res, videatur. & se gloriæ seniorum succe  
 uisse: & ad suam gloriam confurgentes alios letum  
 aspicere. nec honores magnos fortissimis viris Ro  
 mæ, nec honoribus deesse fortes viros. Acuebat hac  
 moderatione tam iusta studia, quæ verecundia le  
 gum restringenda ratus, legem recitari iussit, qua  
 intra decem annos eundem consulem refici non  
 liceret. Vix præ strepitu audita lex est, tribunique  
 plebis nihil id impedimenti futurum aiebant. se ad

V.C. populam laturos, vti legibus solueretur. Et ille quidem in recusando perstabat: quid ergo attineret leges ferri rogatans, quibus per eosdem qui tulissent, fraus fieret? iam regi leges, non rege. Populus nihilominus suffragia inibat: & vti quaeque introvocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat. Tum demum consensu ciuitatis victus: Dei approbent, inquit, quod agitis, acturiq; estis Quirites. ceterum quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis: in collega sit mea apud vos gratiae locus. P. Decium expertum mihi concordiae collegio virum, dignum vobis, dignum parente suo, quaeso mecum consulem faciat. Iusta suffragatio visa. Omnes quae supererant centuriae, Q. Fabium, P. Decium consules dixerunt. Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus quam quod lege finitum erat, agri possiderent: nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicae cupiditatis inestum est. Coss. noui, Q. Fabius Maximus quartum, & P. Decius Mus tertium, cum inter se agerent vti alter Samnites hostes, alter Hetruscos deligeret: quantaq; in hanc aut illam provinciam copia satis essent, & vter ad verum bellum dux idoneus magis esset: ab Sutrio & Nepete & Falernis legati auctores concilia Hetruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium auerterunt. Praefecti Coss. quo expeditiores commeatu essent, & incertior hostis qua venturum bellum foret: Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum, in Samnium legiones ducunt. Vbi in hostium fines ventum est, vterq; populabundus effuso agmine incedit: explorant tamen latius, quam populantur. Igitur non fessellere ad Tifernum hostes in occultis valle instructi, qua ingressos Romanos superiore

ex loco

loco adorti parato  
 rem vatum remotis  
 a praemotis militib  
 agmine ad praedict  
 Samnites desperant  
 ando in apertum sem  
 abspici iusta malu  
 equum descendunt, a  
 in spe committunt ca  
 trum: popalis qu  
 mae erant: seu quia  
 gbat animos: aliquar  
 abeant terroris. F  
 sembo moueri vider  
 at tribunos militum,  
 q; procuraret, ire ad  
 equando vnoquam  
 ab meminerint illi  
 gloviam inuictam  
 umobilem hostem  
 impetu esse equit  
 es patri comitate vt  
 somis onerat. Car  
 atata vis proficeer  
 tes iurarent, rarus  
 pma legiones suber  
 nimos quam posse  
 derinde ascensu ab  
 apotes agmen: auct  
 tendere. Equites duo  
 stibus quam suis, ex  
 roberit tumultus q  
 in mota Samnitium  
 campum potius: & pe

ex loco adoriri parabant. Fabius impedimentis in locum tutum remotis, praesidioque modico imposito, praemonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad praedictas hostium latebras succedit. Samnites desperantes: improviso tumultu, quando in apertum semel discrimen euasura esset res, & ipsi acie iusta maluerunt concurrere. itaq; & in equum descendunt, ac fortuna se maiore animo quam spe committunt. ceterum siue quia ex omnium Samnitium populis quodcumque roboris fuerat, contraxerant: seu quia discrimen summa rerum, agebat animos: aliquantum aperta quoque pugna praebuerunt terroris. Fabius ubi nulla ex parte hostem loco moueri videt, M. Fulvium & M. Valerium tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites iubet, & adhortari, ut si quando unquam equestri ope adiutam Rempublicam meminerint, illo die annitentur, ut ordinis eius gloriam inuictam praestent: peditum certamine immobilem hostem restare: omnem reliquam spem in impetu esse equitum. & ipsos nominatim iuuenes pari comitate, utrunque nunc laudibus, nunc promissis onerat. Ceterum quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum, si nihil vires iuuarent, ratus. Scipionem legatum hastatos primae legiones subtrahere, ex acie, & ad montes proximis, quam posse occultissime, circumducere iubet: inde ascensu abdito a conspectu erigere, in montes agmen: auerisq; hosti ab tergo repente se ostendere. Equites ducibus, tribunis haud multo plus hostibus quam suis, ex improviso ante signa euecti, praebuerunt tumultus. aduersus incitatas turmas stetit immota Samnitium acies: nec parte vlla pelli aut perumpi potuit: & postquam irritum inceptum erat,

recepti post signa praelio exceſſerunt. Creuit ex eo hoſtium animus: nec ſuſtinere frons prima tam longum certamen, increſcentemq; fiducia ſui vim potuiſſet, ni ſecunda acies iuſſu Coſ. in primum ſue ceſſiſſet. Ibi integra vires ſiſtunt inuehentem ſe iam Samnitum, & tempore improuiſa ex montibus ſigna, clamorq; ſublatus non vero tantum metu teruere Samnitium animos. Nam & Fabius Decium collegam appropinquare exclamauit: & pro ſe quiſque miles adeſſe alterum Coſ. adeſſe legiones gaudio alacres fremunt: terrorq; vtilis Romanis oblatuſ, tuge formidiniſq; Samnites impleuit, maxime terriſ, ne ab altero exercitu integro intactoq; feſſi opprimerentur. & quia paſſim in fugam diſſipati ſunt, minor caedes quam pro tanta victoria fuit. tria millia & CCC. caſi: capti trecenti ferme & viginti: ſigna militaria capta tria & viginti. Samnitibus Appuli ſe ante praelium coniunxiſſent, ni P. Decius Coſ. iis ad Maleuentum caſtra obieciſſet, extractoſq; deinde ad certamen fuſiſſet. Ibi quoq; plus fuga fuit quam caedis. duo millia Appulorum caſa, ſpretoque eo hoſte Decius in Samnium legiones duxit. ibi duo coſulares exercitus diuerſis vagati partibus omnia ſpacio quinque; menſiu euaſtarunt. quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii caſtra fuerunt: alterius coſulis ſex & octoginta. nec valli tantu ac foſſarum veſtigia relicta: ſed multa illis inſigniora monimenta vaſtitatis circa regionumque depopularum. Fabius etiam urbem Cimetricam cepit. ibi capta armatorum duo millia CCC. caſi. ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde comitorum cauſa Romam profectus maturauit eam rem agere. Cum primo vocatq; Q. Fabium conſulem dicerent

omnes

ones centuria. Ap. Cl. a. ruz acer & ambitioſus, quam vi patriciu loca: cum iuſus, tam dicit, viſe cum Q. Fab. primo de ſe eadem no abnuere circumſue vi ex coſo plebe ſarhatemque prillin ageribus redderet. nome ſtudia homin ſiſſe dixit, vt duot meſ, ſi alium qua ſe ſationem comit de primo exemplo omnis de plebe cum hore item conſulat o obiecare Fabio, illegam, eloquent abiz praeliantem. C les iuſſi bellam in o menſes imperio. o L. Volamnio, Ap. ni. in Samnio relicta ſua populati non de nerunt niſi qui ſe pr apu ſiniſibus Hecru eptionibus nequico ſuo agmine armato turos efficacius rati tueruz conſilium. o libertate dimicn ma expertos eſſe, ſe tate tantam molen

omnes centuria, Ap. Claudius consularis candida-<sup>V.C.</sup>  
 tus, vir acer & ambitiosus, non sui magis honoris  
 causa, quam vt patricii recuperarent duo consula-  
 ria loca: cum suis, tum totius nobilitatis viribus in-  
 cubuit, vt se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fa-  
 bius primo de se eadem fere, quæ priore anno di-  
 cendo abnuere. circumstare sellam omnis nobilitas:  
 orare vt ex cœno plebeio consulatum extraheret:  
 maiestatemque pristinam tum honori, tum patri-  
 cii gentibus redderet. Fabius silentio facto, media  
 oratione studia hominum sedauit. facturum enim  
 se fuisse dixit, vt duorum patriciorum nomina re-  
 ciperet, si alium quàm se consulem fieri videret: nunc  
 se sui rationem comitiis, cum contra leges futurum  
 sit, pessimo exemplo non habiturum. Ita Lucius Vo-<sup>457.</sup>  
 lumnus de plebe cum Ap. Claudio Cos. est factus.  
 priore item consulatu inter se comparati. Nobilitas  
 obiectare Fabio, fugisse eum Appium Claudium  
 collegam, eloquentia ciuilibusque artibus hand  
 dubiæ præstantem. Comitiis perfectis veteres Con-<sup>16.</sup>  
 sules iussi bellum in Samnio gerere, prorogato in  
 sex menses imperio. Itaque insequenti quoque anno  
 L. Volumnio, Ap. Claudio Cosi. P. Decius, qui  
 Cos. in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul  
 idem populati non desistit agros: donec Samnitium  
 exercitum nusquam se prælio committentem, postremo  
 expulsi finibus Hetruriam pulsati perierunt: & quod  
 legationibus nequicquam sæpe tentauerant, id se  
 tanto agmine armatorum mistis terrore precibus  
 acturos efficacius rati, postulauerunt principum  
 Hetruriam concilium. quo coacto, per quot annos  
 pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt  
 omnia expertos esse, si fuisset ipsorum viribus to-  
 lerare tantam molem belli possent, tentasse etiam

haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisc pacem a populo Romano, cum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax feruentibus grauior, quam liberis bellum esset: vnam sibi spem reliquam in Hetruscis restare: scire gentem Italię opulentissimam armis, viris, pecunia esse: habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, feroces cum suopte ingenio, tum aduersus Romanum opulum: quem captum a se, auroq; redemptum haud vana iactantes memorent. Nihil abesse si sit animus Hetruscis, qui Portenę quondam, maioribusq; eorum fuerit, quin Romanos omni agro eis Tiberim pulsos, dimicare pro salute sua, non de intolerando Italię regno cogant. Samnitum illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio venisse: confestim secuturos, vel si ad ipsam Romanam urbem oppugnandam ducant. Hęc eos in Hetruria iactantes, molientesq; bellum domi Romanum vrebat. nam P. Decius vbi competit per exploratores profectum Samnitium exercitum, aduocato concilio: Quid per agros, inquit, vagamur, vicatim circumferentes bellum? quin vrbes ac moenia aggredimur? Nullus iam exercitus Samnio prefidet, cessere finibus, ac sibi met ipsi exiliū cōstitueret.

» Approbantibus cunctis, ad Murgantiam validā vrbē oppugnandam ducit: tantusq; ardor militum fuit & charitate ducis, & spe maioris, quam ex agrestibus populationibus prædę, vt vno die vi atq; armis urbem caperent. ibi duo millia Samnitium, & centum pugnātes circumuenti captique, & alia præda ingens capta est. quę ne impedimentis grauib; agmen oneraret, conuocari milites Decius iubet

» Hęcine, inquit, victoria sola, aut hac præda contenti estis futuri? Vultis vos pro virtute spes gerere?

Omnes

nes Samnitium  
 sibi, vltra sunt, quan  
 stulos, postremo finit  
 illius. Iucro merca  
 ylibando: suggerant  
 bellum eimus, vbi v  
 maior manet. Diuen  
 imperatore em ad R  
 ubine opere sine ton  
 que, nulla vi deterri  
 tum fuit, scalis raptim  
 opum oppidum ac d  
 CCC. occiti, & sex m  
 tes ingenti præda poti  
 uum accitius, ferent  
 uentis dabatur tamē  
 tū tū plus laboris a  
 summa vi mania fut  
 uraq; tutus, sed euic  
 d. tria millia hostiū  
 sic. Huius oppugna  
 que quibusdam animā  
 quācum ab Decio, a  
 no oppugnatas trad  
 tum hanc gloriam fac  
 tū alterius, P. Volun  
 uenisse. Dum ea in  
 usque que gerent  
 tum bellum. ingens  
 tuis actor Gellius Eg  
 esse omnes conciu  
 rarimus Vmbre po  
 tate sollicitabatur. om  
 nitiā cōueniebat. C

Omnes Samnitium vrbes, fortunæque in vrbus<sup>64</sup>  
 relicte vestrae sunt, quando legiones eorum tor pre<sup>65</sup>  
 liis fusas, postremo finibus expulsiis, vendite ista<sup>66</sup>  
 & illicite lucro mercatorem, vt sequatur agmen,<sup>67</sup>  
 ego subinde suggeram quæ vendatis ad Romuleã<sup>68</sup>  
 vrbe hinc eamus, vbi vos labor haud magnus, præ<sup>69</sup>  
 da maior manet. Diuendita præda, vltro adhortan<sup>70</sup>  
 tes imperatorem, ad Romuleam pergunt. Ibi quo<sup>71</sup>  
 que sine opere, sine tormentis, simul admota sunt  
 signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximi<sup>72</sup>  
 mum fuit, scalis raptim admotis in moenia euasere.  
 Captum oppidum ac direptum est. ad duo millia &  
 CCC. occisi, & sex millia hominum capta, & mil<sup>73</sup>  
 les ingenti præda potitus, quam vendere sicut pri<sup>74</sup>  
 orem coactus, Ferentinum inde, quanquam nihil  
 quietis dabatur tamè summa alacritate ductus, ce<sup>75</sup>  
 terù ibi plus laboris ac periculi fuit. nam & defen<sup>76</sup>  
 summa vi moenia sunt. & locus erat munimèto na<sup>77</sup>  
 turaq; tutus, sed euicit omnia assuetus præde miles.  
 ad tria millia hostiũ circa muros caesa: præda militis  
 fuit. Huius oppugnatariũ vrbiũ decoris pars maior  
 in quibusdam annalibus ad Maximũ trahitur. Murg<sup>78</sup>  
 gantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleã<sup>79</sup>  
 que oppugnatas tradunt. Sunt qui nouorũ consu<sup>80</sup>  
 lum hanc gloriam faciant quidam non amorum,  
 sed alterius, P. Volunnii: ei Samnium prouinciam  
 euenisse. Dum ea in Samnio, cuiuscunque ductu  
 auspicioque gererentur, Romanis in Hetruria in<sup>81</sup>  
 terim bellum ingens multis ex gentibus concitur  
 cuius actor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat: Tu<sup>82</sup>  
 sci fere omnes conciuerãt bellũ: traxerat contagio  
 proximos Vmbrie populos: & Gallica auxilia mer<sup>83</sup>  
 cede felicibatũr. omnis ea multitudo ad castra Sa<sup>84</sup>  
 mnitiũ conueniebat. Qui tumultus repens postquã

Romam perlatus est, cum iam L. Volumnius Cof- cum legionibus secunda ac tertia, sociorumq; mil- libus quindecim profectus in Samnium esset: App- Claudium primo quoq; tempore in Hetruriam ire placuit: dux Romanæ legiones secuta, prima & quarta, & sociorum duodecim millia: castra haud procul ab hoste posita. Cæterum magis eò profec- tum est, quod mature ventum erat, ut quosdam spe- ctantes iam arma in Hetruria populos, metus Romani nominis comprimeret: quam quod ductu consulis quicquam ibi satis scite aut fortunate ges- tū sit. Multa prælia locis & temporib; iniquis com- missa, spesq; indies grauiorem hostem faciebat. & iam prope erat, ut nec duci milites, nec militib; dux satis fideret. Literas ad collegam accersendum ex Samnio missas, in trinis annalib; inuenio. piget ta- men incertum ponere, cum ea ipsa inter Coss; po- puli Romani iam iterum eodem honore fungētes discrepatio fuerit, Appio abnuēte missas, Volumnio affirmante Appii se literis accitum. Iam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria millia hostium caesa erant, dimidium fere eius cap- tum. Et Lucanorum seditiones a plebeis & egen- tibus ducibus orras, summa optimatum voluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eò cum veteri exercitu compresserat. Decio populandos hostium agros relinquit: ipse cum suis copiis in Hetruriam, ad collegam pergit: quem adueniētem lati omnes acceperunt, Appiū ex conscientia sua credo animum habuisse haud immerito iuratum, si nihil scripserat: illiberali & ingrato animo, si egerat ope, dissimulante. vix enim salute mutua reddita, cum obuiam egressus esset: Satin' salua inquit, Luci Volumni? ut sese in Samnio res habet? quæ te causa, ut provincia

tua

retredetes, induci-  
cipras esse aut literis  
si fuerint, nec vius  
maestis dignis abitur  
que te quiliquam mo  
tancum est, cum bel  
re ad open ferēdam  
miles verteter, dice  
nam in sumptam, qu  
natio esset Hetruria  
quodentes iam consti  
no exercitu circum  
um care, ne collega  
no trane sua sponte  
beum Volumnio obse  
cum collega certam  
tis incidisset: delect  
fere eò rem. addi  
us gestu in Hetruria  
nium sit delegatu  
ha Appii, sed que fro  
ha ppo eum, sed a  
reperitur modo vi  
ado obestandog; pr  
tam pertraserunt. it  
nem eand ferme sen  
coratum verbis fue  
terior, ne infacundo  
loquentiam colleg  
nus sibi acceptum res  
nato atque elingui rā  
re priore consalatu pr  
cum nequasse, nunc iat  
quā malle inquit

tua excederes, induxit? Volumnius in Samnio res  
 prosperas esse ait: literis eius accitum venisse: quæ si  
 falsa fuerint, nec vñs sui sit in Hetruria, ex tempore  
 conuersis signis abiturum. Tu vero abeas inquit:  
 neque te quisquam moratur etenim minime con-  
 sentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias,  
 hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse. Bene  
 Hercules verteret, dicere Volumnius: malle frustra  
 operam insumptam, quam quicquam incidisse, cur  
 non satis esset Hetruriæ vnus consularis exercitus.  
 Digredientes iam consules, legati tribuniq; ex Ap-  
 piano exercitu circumfistunt: pars imperatorem  
 suum orare, ne collegæ auxilium, quod acciendum  
 vitro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur: plures  
 abeunti Volumnio obfistere, atq; obtestari ne pra-  
 uo cum collega certamine rempubl. prodat. si qua  
 ciades incidisset: desertori magis quam deserto no-  
 xia fore. eò rem adductam, vt omnis rei bene aut  
 secus gesta in Hetruria decus dedecusque ad L. Vo-  
 lumnium sit delegatum. neminem quaesiturum, quæ  
 verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit. dimitti  
 ti ab Appio eum, sed a republ. & ab exercitu retine-  
 ri. experiretur modò voluntatè militum. Hæc mo-  
 nendo obtestandoq; prope resitantes Coss. in con-  
 tionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habi-  
 tæ in eandem ferme sententiam, in quâ inter pau-  
 cos certatum verbis fuerat. Et cum Volumnius cau-  
 sa superior, ne infacundus quidem aduersus eximi-  
 am eloquentiam collegæ visus esset: cauillansque  
 Appius sibi acceptum referre diceret debere, quod  
 ex muto atque elingui facundum etiam Cos. habe-  
 rent: priore consalatu primis vtiq; mensibus hîlce-  
 re eum nequisse, nunc iam populares orationes fe-  
 rere: Quâ mallein, inquit Volumnius, tu a me stre-

aue facere, quam ego abs te scite loqui didicissem?  
 Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, nõ  
 orator (neque enim id desiderare rempubl.) sed  
 imperator vter sit melior: Hetruriam & Samnium  
 prouincias esse: vtram mallet, eligeret. suo exerci-  
 tu se vel in Hetruria, vel in Samnio rem gesturum.  
 Tum militum clamor ortus, vt simul ambo bellũ  
 Hetruscum susciperent. quo animaduerso consen-  
 su Volumnius: Quoniam in collega voluntate in-  
 terpretanda, inquit, erraui, non committam vt  
 quid vos velitis, obscurum sit. manere, an abire  
 me velitis, clamore significate. tum vero tantus est  
 clamor exortus, vt hostes e castris exciret. armis ar-  
 reptis in aciem descendunt & Volumnius signa ca-  
 nere, ac vexilla efferri e castris iussit. Appium ad-  
 dubitasse ferunt, cernentẽ seu pugnantẽ seu quie-  
 te se fore collega victoriam. deinde veritum ne-  
 suæ quoque legionẽ Volumnium sequerentur, &  
 ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra  
 parte satis commode instructi fuerunt. nam & Sa-  
 mnitum dux Gellius Egnatius pabulatum cum  
 cohortibus paucis ierat: suoque impetu magis mil-  
 lites, quam cuiusquam auctu aut imperio pugnam  
 capebãt: & Romani exercitus nec pariter ambo  
 ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Pri-  
 us concurrit Volumnius, quam Appius ad hostem  
 perueniret. itaque fronte inæquali concursus est:  
 & velut forte quadã mutante aflueros inter se ho-  
 stes, Hetrusci Volumnio, Samnites parum per-  
 cussati quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Ap-  
 pium in medio pugna discrimine, ita vt in ter prima  
 signa manibus ad coelum sublatis conspiceretur, ita  
 precatus esse: Bellona, si nobis victoriam davis, aut  
 ego templum tibi voueo. Hac precatus, velut insti-  
 ganto

me dea, & ipse colle-  
 gium dicit. Imperator  
 esse ab altera parte  
 tur ergo fundit fug  
 ad facile sustinentes,  
 ne affluere fuerant. v  
 que effusos compule  
 dit, cohortum magis Sa  
 gna. is quoque, mox fi  
 pugnabantur. & cũ  
 det, Appius Bello  
 detrans, accenderet  
 perissus irrepuntur c  
 agno para, & militi  
 tatem hostium occidit  
 appi. Dum ambo Co  
 trorsã bellũ magis  
 citus exorti ad depo  
 is, per V. elimos in C  
 rancidunt, ingen  
 ma magis ita tribu  
 nim Fabio Decioq;  
 mo de Samnitũ ex  
 magis, ad tuendos  
 an agrũ venit: & ip  
 de Caleni narran  
 te, vt vix explicare a  
 p. duces loqui, exte  
 stulda sui preda in e  
 neratũ agmẽ duplicat  
 ita vetis erant, cert  
 mitis equites, q. rago  
 tunc piat: ex quib  
 suum dum sedere h

gante dea, & ipse collega, & exercitus virtutē ad-  
 quavit ducis. imperatoria opera exequitur: & mi-  
 lites ne ab altera parte prius victoria incipiat anni-  
 tuntur. ergo fundūt fugantq; hostes, maiorē molē  
 haud facile sustinentes, quam cum qua manus cō-  
 ferere affuerit fuerant. vrgendō cedentes, insequē-  
 doque effulos compulere ad castra. ibi interuentu  
 Gellii, cohortiumq; Sabellarū paulisper recruduit  
 pugna. iis quoq; mox fuis, iam a victoribus castra  
 oppugnabantur. & cū Volumnius ipse portæ signa  
 inferret, Appius Bellonam victricem identidem  
 celebrans, accenderet militum animos: per vallū,  
 per fossas irruerunt. castra capta direptaq;: praeda  
 ingens parta, & militi concessa est, septē millia ac  
 trecenti hostium occisi: duo millia & centū viginti  
 capti. Dum ambo Coss. omnisque Romana vis in  
 Hetruscū bellū magis inclinat: in Samnio noui ex-  
 ercitus exorti ad depopulandos imperii Romani fi-  
 nes, per Vestinos in Campaniā Falernumq; agrū  
 transeunt, ingentesq; prædas faciūt Volumni-  
 um magnis itineribus in Samnium redeūtem (iam  
 enim Fabio Decioq; pro gati imperii finis aderat)  
 fama de Samnitū exercitu populationibusq; Cam-  
 pani agri, ad tuendos socios conuertit. Vt in Calce-  
 num agrū venit: & ipse cernit recentia cladis vesti-  
 gia: & Calcei narrant tantū iam præde hostes tra-  
 here, vt vix explicare agmen possint: itaq; iam pro-  
 palā duces loqui, exemplo eundū in Samniū esse:  
 vt relicta ibi præda in expeditionē redeāt, nec tam  
 oneratū agmē dimicationi cōmittant. Ea quanquā  
 similia veris erant, certius tamen explorāda ratus,  
 dimittit equites, q; vagos prædatōres in agris palan-  
 tes excipiant: ex quib; inquiredo cognoscit ad Vul-  
 turnum flumē sedere hostē. inde tertia vigilia mo-

turum iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus tanto intervallo ab hostibus confedit, ut nec aduentus suus propinquitate nimia nosci posset: & egredientem e castris hostem opprimeret. aliquantulum ante lucem, ad castra accessit: ignarosque Oscæ linguæ exploratum quid agatur mittit. Inermis hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, prædam prædæque custodes exire, ignobile agmen, & sua quemque molientem, nullo inter alios consensu, nec satis certo imperio. Tempus adgrediendi aptissimum visum est: & iam lux appetebat itaque signa canere iussit: agmenque hostium adgreditur. Samnites præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum, ac præ se agere prædam: pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret. inter cunctationem opprimuntur. & Romani iam transcederant vallum, cædesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen præterquam hostili tumultu, captiuorum etiam repentina defectione turbatum: erat: qui partim ipsi soluti vincos solvebant: partim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultumque prælio ipso terribiliorem intermissi agmini præbebant. memorandum deinde edidit facinus: nam Staium Minatium ducem aduentem ordines, hortantemque inuadunt: dissipatis inde equitibus qui cum eo aderant, ipsum circumfistunt, insidentemque equo, captum ad Cos. Romanum rapiunt. Reuocata eo tumultu prima signa Samnitium præliumque iam profligatum, integratum est: nec diutius sustineri potuit. caesa ad sex milia hominum: duo milia & quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor: signa militaria triginta: & quod latissimum victoribus fuit, captiuorum recepta

alegem milia & CC  
 m. accitque edidit  
 his recipiendasque præ  
 nos extitit dominus,  
 ose prædam, ne alibi  
 esset. Magnam ea pop  
 um Romæ præbuerat  
 ma altatum erat, præ  
 am. exercitum He  
 à Gellium Egnatium  
 ad defectionem voca  
 um. His nunciis Sen  
 si delecti omnis gen  
 angenui modo, sur  
 un sed seniorum eti  
 ne cunctatiati. & defe  
 ura: summaque te  
 erat. ceterum parte  
 ci Volumnii Cos. lit  
 pulatores Campani  
 ationes ob rem ber  
 erant: iustitia rem  
 rem octo: supplicatio  
 sio regionis depoi  
 ceptum. itaque pl  
 nam & Falerinum  
 tum Liris fluvii, qu  
 in salu Vestino Fal  
 sione dicitur Græc  
 ab colonis Romani  
 agropium datum est  
 proprius prætor trin  
 licendis creare. nec  
 creabantur: quia in li

cepta septem millia & CCCC. præda ingens, fo-  
 ciorum: accitque edicto domini ad res suas no-  
 scendas recipiendasque præstituta die. quarum re-  
 rum non extitit dominus, militi concessa: coactiq;  
 vendere prædam, ne alibi quam in armis animum  
 haberent. Magnum ea populatio Campani agri tu-  
 multum Romæ præbuerat: & per eos forte dies ex  
 Hetruria allatum erat, post deductum inde Volu-  
 mianum exercitum Hetruriam concitam in ar-  
 ma, & Gellium Egnatium Samnitium ducem, & Um-  
 bros ad defectionem vocari. & Gallos precio ingenti  
 solitari. His nunciis Senatus conterritus, iustitium  
 iudici, delectum omnis generis hominum habere iussit.  
 Nec ingenui modo, aut iuniores sacramento ada-  
 cti sunt, sed seniorum etiam cohortes factæ, liberti-  
 nique centuriati. & defendendæ urbis consilia agi-  
 tabantur: summaque rerum prætor P. Sempronius  
 præerat. cæterum parte curæ exonerarunt Senatum  
 Lucii Volunnii Cos. literæ, quibus cæsos fusosque  
 populatores Campaniæ cognitum est. Itaq; & sup-  
 plicationes ob rem bene gestam consulis nomine  
 decernunt: iustitium remittitur, quod fuerat per dies  
 decem octo: supplicatioque perlata fuit. Tum de  
 præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus agi-  
 tari ceptum. itaque placuit ut duæ coloniæ circa  
 Vestinum & Falernum agrum deducerentur: vna  
 ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata: al-  
 tera in saltu Vestino Falernum contingente agrum,  
 vbi Synope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessæ de-  
 inde ab colonis Romanis appellata. Tribunis ple-  
 bis negocium datum est, ut plebiscito iuberetur P.  
 Sempronius prætor triumuiros in ea loca colonis  
 deducendis creare. nec qui nomina darent, facile  
 inueniebantur: quia in stationem se prope perpe-

quam infestâ regionis, non in agros mîtti rebatur. Auertit ab eis curis Senatam Hetrurix ingruenscens bellum, & crebrâ literâ Appii, monentis ne regionis eius motum negligere. quatuor gentes conferre arma, Hetrufcos, Samnites, Vmbros, Gallos iam castra bifariam facta esse. quia vnus locus capere tantam multitudinem non possit. Ob hæc, & iam appetebat tempus, comitiorum causa L. Volumnius Cof. Romam reuocatus. qui prius quam ad suffragium centurias vocaret, in concionem aduocato populo, multa de magnitudine belli Hetrufci disseruit iam tum, cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, vt nec duce vno nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Vmbros, & ingentem exercitum Gallo- rum: Aduersus quatuor populos, duos Consules illo die deligi meminissent se, nisi consideret eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur: dictatorem fuisse extemplo dicturum. Nemi- ni dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur: eumque & prærogatiuâ, & primo vocatâ omnes centuriâ consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit qualis biennio ante: deinde vt vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium, poseendum, id senectuti suæ adminiculum fore: censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se nil concordî collegio firmissus ad rempubl. tuendam esse nouo imperii socio vix iam assuescere senilem animum posse: cum moribus notis facilius se communicaturum consilia. Subscripsit orationi eius cõsul cum meritis P. Decii laudibus, tum quæ ex concordia consulum bona, quæq; ex discordia mala in admira-

hatione rerum milita-  
re: quam prope ad v-  
lta certatimibus nu-  
lo Decium Fabiumq;  
merent. Ille prætere-  
pos, ad verborum lu-  
gentia consilia esse  
ne loquentiz consul-  
tus ac foro præfides  
enda iura tu cambio  
sumptus, postinde a  
cliana & prætoris o-  
libitas, & P. Decius:  
incubentes. & L. Vo-  
ungatum in annum  
in multa fuerunt: o-  
si supPLICATIONES in  
dlice vnum ac thus  
tum vere frequente  
PLICATIONEM fecit  
aricia; quæ in foro b  
sculis, inter matron  
m, patriciam plebe-  
matronæ, quod p  
erant. Arenis alterca  
in contentione a  
quia & patriciam &  
templum ingellar  
deducta sit: nec  
um gestari penitenti  
æ regio magnifica  
ris habitabat, ex pa-  
tico sacello, exclusi  
æ plebeis matronis

mirra.

nistracione rerum militarum euenirent, memo- V.C.  
 rando: quam prope ad vltimum discrimen suis &  
 collegæ certaminibus nuper ventum foret: admo-  
 nendo Decium Fabiumq;, vt vno animo, vna men-  
 te viuere. Esse præterea viros natos militia, factis  
 magnos, ad verborum linguæq; certamina rudes:  
 ea ingenia consularia esse. callidos solertesq;, iuris  
 atque eloquentiæ consulros, qualis Ap. Claudius ef-  
 fet, vrbi ac foro præsidēs habendos, prætoresque ad  
 reddenda iura creandos esse. His agendis dies est  
 consumptus, postridie ad præscriptum consulis &  
 consularia & prætoria comitia habita. Coss. creati,  
 Q. Fabius, & P. Decius: Appius Claudius prætor: 458.  
 omnes absentes. & L. Volunio ex S. C. & scito plebis  
 prorogatum in annum imperium est. Eo anno pro- 23.  
 digia multa fuerunt: quorum auerruncandorum  
 causa supplicationes in biduum Senatus decreuit.  
 publice vinum ac thus sacrificiis præbitum. suppli-  
 catum iere frequentes viri foeminaeque. Insignem  
 supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitæ  
 patriciæ, quæ in foro boario est ad adem rotundam  
 Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam,  
 patriciam plebeio nuptam L. Volunnio con-  
 suli, matronæ, quod e patribus enupsisset, sacris ac-  
 cuerant. Breuis altereatio inde ex iracundia mulie-  
 bri in contentionem animorum exarsit: cum se  
 Virginia & patriciam & pudicâ in patriciæ Pudicitæ  
 templum ingressam: & vni nuptam, ad quem  
 virgo deducta sit: nec se viri, honorumve eius ac-  
 rerum gestarū poenitere vero gloriaretur. factō de-  
 inde egregio magnifica verba adauxit in vico Lon-  
 go, vbi habitabat, ex parte ad iū quod satis esset loci  
 modico sacello, exclusit: aramq; ibi posuit: & cōuo-  
 catis plebeis matronis conquesta iniuriâ patricia-

rum: Hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebeiae dedico, vosque hortor, ut quod certamen virtutis viros in hac ciuitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit: detisque operam, ut haec ara, quam illa, si quid potest, sanctius, & a castioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & haec ara, quod illa antiquior, culta est, ut nulla nisi spectatae pudicitiae matrona, & quae uni viro nupta fuisset, ius sacrificandi haberet. Vulgata deim religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis foeminis. postremo in obliuionem venit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnii adiles curules aliquot saeneratoribus diem dixerunt, quorum bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, aenea in Capitolio limina, & triu mensarum argentea vasa in cella Iouis, Iouemque in culmine cum quadrigis, & ad Ficum Ruminalem simulachra infantium, conditorum vrbs sub vberibus lupae posuerunt: semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis strauerunt. Et ab aedilibus plebeis L. Aelio Paeto, & C. Fulvio Curuo ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti: pateraque aureae ad Cereris posita. Quinde Fabius quintum, & P. Decius quartum, consulatum ineant: tribus consulatibus, censurae collegae, nec gloria magis rerum, quam ingens erat, quam concordia inter se clari. quae ne perpetua esset, ordinum magis quam ipsorum inter se certamen interuenisse reor: patriciis tendentibus, ut Fabius Hetrutiam extra ordinem prouinciam haberet: plebeis auctoribus Decio, ut ad sortem reuocaret. Fuit certe contentio in Senatu: & postquam ibi Fabius plus poterat, reuocata res ad populum est. in concione, ut inter militares viros, & factis potius quam dictis fretos, pauca verba habita. Fabius, quam arborem

quam conseruisset, sub  
quam esse dicere. I  
per deinos salus ho  
mris sollicitasent, si  
Nimirum aduerfa  
quae senim exprobr  
antibus collegis tri  
bita, quam ut si se  
mitterent. in Sen  
tate populi statum  
operabatur. quo ac  
beis aditus ad m  
mpla virtus pernic  
in honotata effete  
rit non suffragia m  
struunt. & in pauc  
ines ante se consu  
ne extra sortem Fab  
Si honori eius cau  
ritum esse, ut faues  
sua contrumelia sp  
tibus vnum bellam  
ines extra sortem m  
superuacaneo atque  
sua rebus in Hetru  
tiae: & forsitan que  
cuncta ut toties nou  
mum se extinduo  
tores pramaq; con  
um estatisque cum  
posita sit, neq; eodem  
tinal aliud ex eo cer  
tum, ut quod populi  
in patres gratia eut

arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum indignum esse dicere. se aperuisse Giminiã sylvam, viãq; per deuos saltus Romano bello fecisse. Quid se id ætatis sollicitasent, si alio duce bellum gesturi essent? Nimirum aduersarium se, nõ socium imperii legisse sensim exprobrat: & inuidisse Decium concordibus collegiis tribus. Postremo se tendere nihil vltra, quam vt si se dignum prouincia duceret in eam mitterent. in Senatus arbitrio se fuisse, & in potestate populi futurum. P. Decius Senatus iniuriam querebatur. quo ad potuerint patres annisos, ne plebeiis aditus ad magnos honores esset. postquam ipsa virtus peruicerit ne in vilo genere hominum inhonorata esset: queri quemadmodum irrita sint non suffragia modò populi, sed arbitria etiam fortunæ, & in paucorum potestatem vertantur. Omnes ante se consules sortitos prouincias esse: nunc extra sortem Fabio Senatam prouinciam dante. Si honoris eius causa: ita eum de se, deq; republ. meritum esse, vt fauceat Q. Fabii gloriæ, quæ modò non sua contumelia splendeat. Cui autem dubium esse, vbi vnum bellum sit asperum ac difficile, eum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro superuacaneo atque inutili habeatur? Gloriarì Fabium rebus in Hetruria gestis. velle & P. Decium gloriarì: & forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit, ita vt toties nouum ex improviso incèdium daret, eum se extincturum. Postremo se collegæ honores præmiaq; concessurum, verecundia ætatis eius maiestatisque: cum periculum, cum dimicatio proposita sit, neq; cedere sua sponte, neq; cessurum. & si nihil aliud ex eo certamine tulerit: illud certe laturum, vt quod populi sit, populus inbeat potius, quam patres gratificentur. Iouem optimum maxi-

mum, deosque immortales se precari, ut ita fortem  
 quam sibi cum collega dent, si eandem virtutem  
 felicitatemque in bello administrando daturi sint,  
 certe id & natura æquum, & exemplo vile esse, &  
 ad famam populi Romani pertinere, eos consules  
 esse, quorum utrolibet duce bellum Hetruscum ge-  
 ri recte possit. Fabius nihil aliud precatus populum,  
 quam ut prius quam introvocarentur ad suffragi-  
 um tribus, Ap. Claudii pratoris allatas ex Hetruria  
 literas audirent, comitio abijt, nec minore populi  
 consensu quam senatus, provincia Hetruria extra  
 fortem Fabio decreta est. Concursum inde ad con-  
 sulem factus omnium ferme iuniorum: & pro se  
 quisque nomina dabant. Tanta cupido erat sub eo  
 duce stipendia faciendi. Qua circumfusus turba:  
 » Quatuor millia inquit, peditum, & sexcentos equi-  
 » tes duntaxat scribere in animo est hodierno & cra-  
 » stino die; qui nomina dederint, mecum ducam. Ma-  
 » iori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam,  
 » quam ut multis rem geram militibus. Profectus ap-  
 » pto exercitu, & plus fiducia ac spei gerente, quod  
 non desiderata multitudo erat: ad oppidum Ahar-  
 nam, vnde haud præcul hostes erant, ad castra Appij  
 pratoris pergit. paucis citra millibus lignatores ei  
 eum præsidio occurrant qui ut lictores prægredi vi-  
 derunt, Fabiumque esse consulem accepere: lati atque  
 alacres diis populoque Romano gratias agunt, quod  
 eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi dein-  
 de cum consulem salutarè, quaerit Fabius quo per-  
 gerent. respondentibusque lignatum se ire, ain' tan-  
 dem, inquit, num castra vallata non habetis: ad hoc  
 eum sueclamatum esset, duplici quidè vallo, & fos-  
 sa, & tamen in ingenti metu esse: habetis igitur, in-  
 quit, altissimorum lignorum: redite, & vestite vallum. Re-  
 dunt

tant in castra, terrorem  
 in castris reman-  
 ebatur. Tum pro te  
 se Q. Fabij facere  
 m. etia. & Appius pra-  
 torum statua Roma-  
 a loco federe exerciti-  
 tibus dicit ac salubri-  
 quanta fieri sinebet  
 inde primo relicta se-  
 de Camars olim app-  
 tit. Scipione propa-  
 tatum de bello rec-  
 tum eimatus in con-  
 se sine reciderat: i-  
 om in vtrumque: aucto-  
 re tractum quida-  
 e. & apud populum  
 erat: terrorem bel-  
 larum duces vnum  
 equatuor populos  
 nam premant, siue v-  
 nia simul obire v-  
 ses Romanas reliqu-  
 aliam equitum; e-  
 ad Decimum consulem  
 terram ad collegas  
 tum provinciam da-  
 tum ire, Volunium  
 exercitu inho con-  
 temeretur oratio p-  
 ter omnia integra a-  
 nec vel ipse per cob-  
 uilet, vel aliquem ex

deunt in castra, terroremq; ibi vellentes vallum, & iis qui in castris remanserant militibus, & ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisq; alii aliis dicere, consulis se Q. Fabii facere iussu. Postero inde die castra mota, & Appius praetor Romam dimissus. in de nusquam statua Romanis fuere. negabat vtile esse vno loco sedere exercitū: itinerib; ac mutatione locorū nobiliorē ac salubriorē esse. Fiebant autē itinera, quanta fieri sinebat hyems haud dum exacta. Vere inde primo relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars olim appellabant, praepositoque castris L. Scipione praetore Romam ipse ad consulandum de bello rediit: siue ipse sponte sua, quia bellum ei maius in conspectu erat, quam quantum esse famae crediderat: siue senatusconsulto accitus: nam in vtrumq; auctores sunt. Ab Ap. Claudio praetore retractum quidam videri volunt. cum in senatu, & apud populum (id quod per literas assidue fecerat) terrorem belli Hetrusci augetet. non sufficturum duceim vnum, nec exercitum vnum aduersus quatuor populos. periculofum esse, siue iuncti vnum premant, siue id diuersi gerant bellum, ne ad omnia simul obire vnus non possit duas se ibi legiones Romanas reliquisse: & minus quinque millia peditum equitumq; cum Fabio venisse, sibi piacere, P. Decium consulem primo quoque tempore in Hetruriam ad collegam proficisci: L. Volunnio Samnium provinciam dari si consul malit in sua provinciam ire, Volunnium in Hetruria ad consulem cum exercitu iusto consulari proficisci. Cum magna parte moueret oratio praetoris, P. Decium esse fessum, vt omnia integra ac libera Q. Fabio seruetur, donec vel ipse, si per comodum reip. posset, Romam venisset, vel aliquem ex legatis misisset, a quo discer-

ret Senatus quantum in Hetruria belli esset, quartisq; administrandum copiis, & quot per duces esset. Fabius ut Romam rediit: & in Senatu, & productus ad populum, mediam orationem habuit, ut nec augere nec minuere videretur belli famam: magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quam suo aut reipub. periculo consulere. Ceterum si sibi adiutorem belli, sociumque in perii darent: quonam modo se obliuisci P. Decium consulis per tot collegia experti posse? neminem omnium secum coniungi malle: & copiarum satis sibi cum P. Decio, & nunquam nimium hostium fore. Sin collega quid aliud malit: at sibi L. Volumnium darent adiutorem. Omnium rerum arbitrium & a populo & a Senatu, & ab ipso collega Fabio permisum est. & cum Decius se in Samnium vel in Hetruriam proficisci paratum esse ostendisset: tanta latitia ac gratulatio fuit ut præciperetur victoria animis: triumphusque non bellum decretum consulibus videretur. Inuenio apud quosdam, ex templo consulatu inito, profectos in Hetruriam Fabium Deciumque sine ulla mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ exposui. Sunt quibus hæc quidem certamina exponere satis fuerit: adiecerint & Appii criminationes de Fabio absente ad populum, & pertinaciam aduersus presentem Cos. prætoris, contentionemque aliam inter collegas: tendente Decio, ut suæ quisque provincie sortem tueretur. Constat res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo Coss. ad bellum sunt. Ceterum antequam Coss. in Hetruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Clusium venerunt, legionem Romanam castraque oppugnaturi. Scipio qui castris præerat, loco adiuvandam

mandam paucitatem suorum equi inter vrbis & castris subita, parum exprobat, quod hostes ceperant ab tergo legio: atque præterea ut miraculis non solent: nec ante ad consilio aberant, famam conspectu fuere Gallorum suspensa gestaque animasque: motis suis esse non Gallos tradat: circumventis quo Torquato legato, Scipio in castris tullie: prætoris victos esse demptam. Similitudo in toto eam clare ad rem anno Galliciter rem tenuit. Itaque profecti ad bellum, & magno equitibus, & magno equitibus delectis, & magno equitibus delectis: Latini: alii duo exercitus oppositi, unus in quo Cn. Fulvius, & L. prætoris ambo, statim ad hostes transfugerunt: contentionem pervenerunt: intervallo castra positiones habuit: castris miscerentur

uandam paucitatem suorum militum ratus, in colle, qui inter urbē & castra erat, aciem erexit. sed, vt in re subita, parum explorato itinere, ad iugū perrexit, quod hostes ceperant, parte alia aggressi. Ita castra ab tergo legio: atq; in medio, cum hostis vndiq; irgeret, circumuenta. Delectam quoq; ibi legionem, ita vt nuucius non superesset, quidam auctores sunt: nec ante ad consules, qui iam haud procul a Clusio aberant, famam eius cladis perlaram, quā in conspectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum suspensā gestantes capita, & lanceis infixā, ouantesq; moris sui carmine. Sunt qui Umbros fuisse, non Gallos tradant: nec tantum cladis acceptum: & circumuentis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato, Scipionem propraetorem subsidium e castris tulisse: victoresq; Umbros redintegrato praelio victos esse: captiuosq; eis ac praedam ademptam. Similius vero est a Gallo hoste quam Umbro eam cladem acceptam. quod cum saepe alias, tum eo anno Gallici tumultus praecipuus terror ciuitatem renuit. Itaq; praeterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campanique mille equitibus delectis ad id bellum missis, & fortiorum nominisq; Latini maiore exercitu, quatuor Romani: alii duo exercitus haud procul urbe Hetruriae oppositi, vnus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fuluius, & L. Posthumius Megillus, propraetores ambo, statim in eis locis habere iussi. Consules ad hostes transgresso Appennino in agrum Sentinatem peruenerunt. ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitae: atque ita conuenit, vt ne vnus castris miscerentur omnes: neve in aciem de-

Teenderent simul. Samnitibus Galli. Hetruscis Vm-  
 bri adiecti, dies indicta pugna: Samnitibus Gallis-  
 que delegata pugna: inter ipsum certamen Hetrus-  
 sci Umbrique iussi castra Romana oppugnare. Hac  
 consilia turbant transfuga Clusini tres, clam no-  
 cte ad Fabium consulem transgressi: qui editis hos-  
 tium consiliis, dimissi cum donis, vt subinde, vt  
 queq; res noua decreta esset, exploratam perferret.  
 consules Fulvio vt ex Falisco, Posthumio vt ex Vati-  
 cano exercitum ad Clusium admoueat, summa-  
 que vi fines hostiu depopulentur, scribunt. Huius  
 populationis fama Hetruscos ex agro Sentinate ad  
 suos fines tuendos mouit. Instare inde consules, vt  
 absentibus iis pugnaretur. per bidu lacessere prelio  
 hostem. biduo nihil dignum. dictu actum pauci v-  
 trinq; cedere: magisq; irritati sunt ad iustu certam-  
 en animi, quam ad discrimen summa rerum ad-  
 ducta. Tertio die descensum in campu omnibus co-  
 piis est. Cum instructa acies starer, cerua fugies lu-  
 pum e montibus exacta per campos inter duas aci-  
 es decurrit: inde diuersa fera, cerua ad Gallos, lu-  
 pus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter  
 ordines via, ceruam Galli confixere. Tum ex ante-  
 signanis Romanus miles: illac fuga, inquit, & cedes  
 vertit, vbi sacram Dianae feram iacentem videtis:  
<sup>29</sup> hinc victor Martius lupus, integer & intactus, gen-  
<sup>30</sup> tis nos Martiae & conditoris nostri admonuit. Dex-  
 tro cornu Galli, sinistro Samnites constituerunt. Ad-  
 uersus Samnites Fabius primam ac tertiam legio-  
 nes pro dextro cornu, aduersus Gallos pro sinistro  
 Decius quinta & sexta instruxit: secunda & quarta  
 cu L. Volumnio, pconsule in Samnio gerebant bel-  
 lu. Primo concursu adeo a iuis virib. gesta res est,  
 ut si affuissent Hetrusci & Umbri, aut in acie, aut in  
 castris

acies quocunq; se in el-  
 ler. Ceteru quanta  
 nec dum dilectum  
 vices esset, laudq;  
 neq; cotine erat: &  
 angu quam inereba-  
 quam maxime seru-  
 tum erat ducti, &  
 era feroces esse, quo-  
 certamine sentim re-  
 tum quidem etiam  
 oniatq; alius fluen-  
 quam virorum, post  
 elin id tepus igitu  
 mgerimas vires ne  
 atate & vigote ar-  
 labant, certamine  
 debatur pedestris  
 concitat: & ipse  
 frus, orat proceres  
 impetum faciant:  
 si ab lazo cornu, &  
 auerere Gallicum  
 hiam inter media  
 tuum pugnae con-  
 perans armatus he-  
 nsiq; aduenit, & in-  
 toni conterritu equi  
 et complatius pade-  
 equos virosque imp-  
 signa legionum, mu-  
 tiora raptorum pera-  
 locata simul territos  
 h' spectum respiciand

castris quocūq; se inclinaſſent, accipiēda elades fuerit. Ceterū quanquā communis adhuc Mars belli erat, nec dum diſcrimen fortuna fecerat qua datura vires eſſet, haudquaquā ſimilibus pugna in dextro lauoq; cornu erat: Romani apud Fabium arcebant magis quam inferebant pugnam, extrahebaturq; in quam maxime ſerum diei certamē: quia ita perſuaſam erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces eſſe, quos ſuſtineri ſatis ſit: longiore certamine ſenſim reſidere Samnitū animos: Galloꝝ quidem etiam corpora intolerantiſſima laboris atq; ætus fluere: primaq; eorum prælia plus quam virorum, poſtrema minus quam ſceminarū eſſe. In id tēpus igitur quo vinci ſolebat hoſtis, quā integerrimas vires militi ſeruabat. Ferocior Decius & ætate & vigore animi, quantumcunq; virium habuit, certamine primo effudit: & quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipſe fortiſſimā iuuenū turmā immiſtus, orat proceres iuuentutis, vt ſecum in hoſtem impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, ſi ab lauo cornu, & ab equite victoria incipiat. Bis auerrere Gallicum equitatū. iterū longius euectos, & iam inter media equitum agmina prælia cientes, nouum pugnæ conterritis genus. eſſedis carrisq; ſuper ſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorū rotarūq; aduenit, & inſolitos eius tumultus Romanorū conterritis equos. Ita victorem equitatū velut lymphaticus pauor diſſipat: ſternit inde ruentes equos virosque improvida fuga, turbata hinc etiā ſigna legionum, multiq; impetu equorū ac vehiculorū raptorum per agmē, obtriti anteſignani: & inſecuta ſimul territos hoſtes vidit, Gallica cines, nullū ſpaciū reſpirandi recipiendiq; ſe dedit. Vocis-

rati Decius, quo fugerent? quamve in fuga spem haberent? obfistere cedentibus, ac reuocare suos. deinde vt nulla vi percussos sustinere poterat: patrē  
 » P. Decium nomine compellans, Quid vltra moror,  
 » inquit, familiare fatum? Datum hoc nostro generi  
 » est, vt lendis periculis publicis piacula simus. Iam  
 ego mecum legiones hostium mactandas Telluri  
 ac diis Manibus dabo. Hæc locutus, M. Liuium pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, præire iussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritiū deuoueret. deuotus inde eadem precatōne, eodēque habitu, quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se iusserat deuouerī: cum secundum solennes precatōnes adiecisset, præ se agere sese formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem: cœlestiū infernorumque iras: contacturum funebribus diris signa, tela, arma hostium: locumque eundem suæ pestis, & Gallorum ac Samnitū fore: hæc exerat in se, hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorū aciem, concitat equum: inferens; se ipsi infestis telis, interfectus est. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani duce amisso, quæ res terrōri alias esse solet, sistere fugam, ac nouam de integro velle instaurare pugnam. Galli & maxime globos circumstantis consulis corpus, velut alienata mente, vana incassum iactare tela, torpere quidam, & nec pugnæ meminisse, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iusseratque prætorem esse, vociferati, vicisse Romanos defunctos consulis fato: Gallos Samnitesq; Telluris matris ac deorum Maniū esse: rapere ad se ac vocare Decium deuotam secū aciem: furiatumque ac formidinis plena omnia ad  
 hostes

hostes esse. Superuentum nam Cornelium. Hinc ex notissima ac præcipua collige mitem ingenis hominem esse, cum Galli struere, nec facilis pedilegatorū collecta hancies incebat, atque quibus plerique opera ipsa fixis, ita integris corporibus in intro cornu Romanus in dextro consultando extraxerant or hostium, non vim habere vifus Samnitium circumstantes quito reren: sentim fugere hostes. Postquam fallitudinem scilicet, quæ ad id te concitauit, & signis dedit. Nec superque aciem ipatione locis, ad carnitudine facta odina morte collegatone equites exilia tergo Gallicale legionis subsequi hostiū viderent, imo cadete. Ipse ad

hostes esse. Superueniunt deinde his restituentib.  
 pugnam, Cornelius Scipio, & C. Marcus, cum sub-  
 sidiiis ex nouissima acie iussu Q. Fabii consulis ad  
 praesidium collega missi. ibi audicit P. Decii euen-  
 tus, ingens hortamen ad omnia pro rep. audenda.  
 itaq; cum Galli structis ante se scutis conferti sta-  
 rent, nec facilis pede collato videretur pugna: ius-  
 su legatorum collecta humi pila, quae strata inter du-  
 as acies iacebant, atque in testudinem hostium co-  
 iecta. quibus plerisque in scuta, plerisque verutis in  
 corpora ipsa fixis, sternitur cuneus, ita vt magna  
 pars integris corporibus attoniti conciderent. Hae  
 in sinistro cornu Romanorum fortuna variauerat.  
 Fabius in dextro cornu primo (vt ante dictum est)  
 cunctando extraxerat diem: deinde postquam nec  
 clamor hostium, nec impetus, nec tela missa ean-  
 dem vim habere visa, praefectis equitum iussis ad la-  
 tus Samnitium circumducere alas, vt signo dato in  
 transversos quato maximo possent impetu incur-  
 rerent: sensum suos signa inferre iussit, & commo-  
 nere hostem. Postquam non resisti vidit, & haud du-  
 biam lassitudinem esse: rum collectis omnibus sub-  
 sidiiis, quae ad id tempus seruauerat, & legiones  
 concitauit, & signum ad inuadendos hostes equi-  
 tibus dedit. Nec sustinuerunt Samnites impetum:  
 praeterque aciem ipsam Gallorum relictis in dimi-  
 catione sociis, ad castra effuso cursu ferebantur. Gal-  
 li testudine facta conferti stabant. Tum Fabius au-  
 dita morte collega, Campanorum alam quingen-  
 tos fere equites excedere acie iubet, & circumue-  
 stos a tergo Gallicam inuadere aciem: tertia deim-  
 de legionis subsequi principes: & qua turbatum agme  
 hostium viderent, impetu equitum instare, ac terri-  
 tos cadere. Ipse ad eum Ioui Victori, spoliaq; hostium

eum vouisset, ad castra Samnitium perrexit, quo multitudo omnis consternata agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudinem porta non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est. ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit. compulsus deinde intra vallum Samnites, paruq; certamine capta castra, & Galli a tergo circumuenti. Cæsa eo die hostium XXV. millia, octo capta. Nec incruenta victoria fuit nam ex P. Decii exercitu cæsa septem millia: ex Fabii mille adducenti. Fabius dimissis ad quærendum collegæ corpus, spolia hostium coniecta in aceruum Ioui Victori cremavit. Consulis corpus eo die, quia obitutum superstratis Galiorum cumulis erat, inueniri non potuit. postero die inuentum relatumque est cum multis militum lachrymis. intermissa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus omni honore, laudibusque meritis celebrat. Et in Hetruria per eosdem dies ab Cn. Fulvio præpatore res ex sententia gesta. & prætor ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatam etiam egregie est. Perusinorumq; & Clusinarum cæsa amplius tria millia, & signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen cum per Pelignum agrum fugeret, circumuentum a Pelignis est. ex millibus quinque ad mille cæsi. Magna eius diei quo in Sentinati agro bellatum fama est, etiam vetero stanti. Sed superiecere quidam augendo fidem, qui in hostium exercitu perditu quadraginta millia CCCXXX. equitum sex & quadraginta millia, mille carpentorum scripsere fuisse: se licet cum Umbris Tuscisque, quos & ipsos pugna affuisse & ut Romanorum quoque auerent copias, L. Volturnium proconsule duce consulis, exercitumque eius

legationibus confu-  
 latoribus duorum  
 et Volturni in Sam-  
 nitum exercitum in-  
 ter deterritis inque  
 cæso exercitu relic-  
 tis ad urbem, de-  
 mib triumphavit.  
 lant. celebrata in-  
 tus non magis victo-  
 ra? Decii est. exci-  
 quata euentu publi-  
 ca ex præda militi-  
 que & tunice, præmi-  
 quam spe in de-  
 amittibus adhuc,  
 Perulonis auctori-  
 exercitum, rebellat-  
 in agrum Vestim-  
 in Eletranium, qu-  
 uescendete. Adneri-  
 exercitu Deciano mo-  
 nate denno quatuor-  
 norum occidit: cepi-  
 aginta: qui redem-  
 omnia præda alia om-  
 tum legiones cum p-  
 pium L. Volturnius  
 pium Stellatæ com-  
 m legiones omnes c-  
 ip castra cõiungunt.  
 uita simulante a-  
 mab vltima ii dny  
 XVI millia trecenti  
 Romanorum exercitu

esus legionibus consulum adiciunt. In pluribus  
 annalibus duorum ex consulum propria victoria  
 est. Volunni<sup>9</sup> in Samnio interim res gerit, Samni-  
 tiumq; exercitum in Tiferuū montem cōpulsū,  
 non deterritus iniquitate loci, fugatque. Q. Fabius  
 Deciano exercitu relicto in Hetruria suis legionib;  
 deductis ad urbem, de Gallis Hetruscisque ac Sa-  
 mnitib; triumphauit. milices triumphantem secu-  
 ti sunt. celebrata inconditis carminibus milita-  
 ribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors pre-  
 clara P. Decii est. excitataque memoria parentis,  
 æquata euentū publico priuatoque filii laudibus.  
 Data ex præda militibus æris octogeni bini, saga-  
 que, & tunica, præmia illa tempestate militia haud  
 quaquam spernenda. His ita rebus gestis, nec in  
 Samnitibus adhuc, nec in Hetruria pax erat. nam  
 & Perusinis auctoribus post deductum ab consule  
 exercitum, rebellatum fuerat & Samnites prædatū  
 in agrum Vestinum Formianumque, & parte alia  
 in Esetrunium, quæ Vulturno adiacent flumini,  
 descendere. Aduersus eos Ap. Claudius prator cum  
 exercitu Deciano missus. Fabius in Hetruria reb-  
 lante denuo quatuor millia & quingentos Perusi-  
 norum occidit: cepit ad mille septingentos qua-  
 draginta: qui redempti singuli ætis trecentis de-  
 cem, præda alia omnis militibus concessa. Samni-  
 tium legiones cum partim Ap. Claudius prator,  
 partim L. Volunnius proconsul sequeretur, in a-  
 gram Stellatem conuenerunt. ibi & Samniti-  
 um legiones omnes cōsidunt, & Appius Volunni-  
 usq; castra cōiungunt. Pugnatū in: estissimis animis  
 hinc ita stimulante aduersus rebellantes totiens,  
 illine ab vltima iā dimicantib; spe Cæsa ergo Samni-  
 tiū XVI millia trecenti, capta duo millia septingenti  
 ex Romano exercitu cecidere, duo millia septin-

V.C. genti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia gratis  
 prodigiisque sollicitus. nam & terra multifariam  
 pluisset, & in exercitu Ap. Claudii plerosque fulmi-  
 nibus ictos nunciatum est: librique ob hæc aditi.  
 Eo anno Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot  
 matronas ad populū stupri damnatas pecunia mul-  
 tavit: ex quo multatitio ære Veneris ædem, quæ  
 prope Circum est, faciendam curavit. Superfunt  
 etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per  
 quartum iam volumen, annuinq; sextum & qua-  
 dragessimum a M. Valerio, A. Cornelio consulibus,  
 qui primi Samnio arma intulerant, agimus. & ne  
 tot annorū clades vtriusque gentis, laboresq; actos  
 nunc referam: quibus nequiverint tamen dum illa  
 pectora vinci: proximo anno Samnites in Sentinatī  
 agro, Pelignis, ad Tifernum, Stellaribus campis,  
 suis ipsi legionibus, misti alienis ab quatuor exer-  
 citibus, quatuor ducibus Romanis cæsi fuerant impera-  
 ratorem clarissimum gentis suæ amiserant: soci-  
 os belli, Hetruscos, Umbros, Gallos, in eadem for-  
 tuna videbant, quæ ipsi erant: nec suis nec externis  
 viribus iam stare poterant: tamen bello non absti-  
 nebant. adeo ne infeliciter quidem defensæ liber-  
 tatis tædebat: & vinci, quam non tentare victoriam  
 malebant. Quinam sit ille, quem non pigeat lon-  
 ginq; tatis bellorū scribendo legēdoq; quæ geren-  
 tes non fatigauerunt? Q. Fabiū, P. Deciū, L. Posthu-  
 mius Megillus & M. Atilius Regulus Coss. secuti  
 sunt. Samniū ambobus decreta provincia est: quia  
 tres scriptos hostiū exercitus, vno Hetruriā, altero  
 populationē Campaniæ repeti, tertiū tuendis pari-  
 ri finibus, fama erat. Posthumium valetudo aduer-  
 sa Romæ tenuit. Atilius cum exercitu extemplo  
 profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat  
 patribus)

451.

patribus) nondum egressos opprimeret, velut ex composito ibi obuium habuit hostem. vbi & intrare, nedum vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur, & egredi inde in pacata, sociorumque populi Rom. fines Samnites prohiberentur, cum castra castris collata essent, quod vix Romanus totiens victor auderet. ausi Samnites sunt ( tantum desperatio vltima temeritatis facit) castris Rom. oppugnare. & quanquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei densa adeo, vt lucis vsum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congregantium inter se conspectu. hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vixdum satis certa luce & eam ipsam premente caligine, ad stationem Romanam in porta segniter agentem vigilas perueniunt. Improviso oppressis, nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. ab tergo castrorum decumasa porta impetus factus. itaque captum quaestorium, quaestorque ibi L. Optimius Pansa occisus. conclamatū inde ad arma. Consul tumultu excitus, cohortes duas sociorum, Lucanam, Sueslanamque, quæ proximæ forte erant: tueri prætorium iubet: manipulos legionum principalia inducit, vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt, & clamore magis quam oculis hostem noscūt, nec quantus numerus sit, æstimari potest. Cedunt primo incerti fortunæ suæ, & hostem introrsum in media castra accipiunt. inde cum consul vociferaretur, expulsi ne extra vallum, castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans, clamore sublato connixi primo resistunt, deinde inferunt pedem, vrgentque & impulsos semel terrore eodem agunt, quo coeperunt, expellunt extra portam vallumque, inde per-

gere, ac perfequi, quia turbida lux metum circa in-  
 lidiarū faciebat: non ausi, libertatis castris contenti,  
 receperunt se intra vallum, trecentis ferme hostiū  
 occisis. Romanorum stationis primæ, vigilumq; &  
 eorum qui circa quæstorū oppressi, periere ad du-  
 centos triginta. Animos inde Samnitib. non infelix  
 audacia auxit: & nō modo proferre inde castra Ro-  
 manum, sed ne pabulari quidem per agros suos pa-  
 tiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabu-  
 latores ibant. Quorum rerum fama tumultuosior  
 etiam, quā res erant, perlata Romam, coegit L. Post-  
 humiū Cos. vixdum validum proficisci ex vrbe,  
 prius tamen quam exiret, militibus edicto Soram  
 iussis conuenire. Ipse ædem Victoriæ, quā ædilis cu-  
 rulis ex multatitia pecunia faciendam curauerat de-  
 dicauit. Ita ad exercitum profectus ab Sora in Sa-  
 mnium, ad castra college perrexit, inde postquam  
 Samnites diffusi duob. exercitibus resisti posse, re-  
 cesserunt: diuersi Coss. ad vastandos agros, vrbesq;  
 oppugnandas discedūt. Posthumius Milioniam oppu-  
 gnare adortus, vi primū atq; impetu: deinde post-  
 quam ea parum procedebāt, opere ac vineis demū  
 iniunctis muro cepit. ibi capta iā vrbe ab hora quar-  
 ta vsque ad octauam fere horam, omnibus partibus  
 vrbis diu incerto euentu pugnatum est. postremo  
 portitum oppido Romanus. Samnitium castris tria mil-  
 lia ducenti: capti quatuor millia CC. præter prædā  
 aliam. inde Ferentinum ductæ legiones. vnde oppi-  
 dani cum omnibus rebus suis, quæ ferri agiq; potu-  
 erunt, nocte per auersam portam silentio excesserunt.  
 Igitur simul aduenit Cos. primo ita composi-  
 tus instructusq; mœnibus successit, tanquam idem  
 quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret: dein-  
 de vt silentium vastum in vrbe, nec arma nec viros  
 in turri-

omibus ac muris vidit.  
 mentia multem detur-  
 abem incutatis suerit:  
 nominiis circumq;  
 ventia subest Equite-  
 tem regione in propu-  
 mibulo; ius vestigia n-  
 mos deinde sentim-  
 meribus peruiam c-  
 restellam vrbe: fol-  
 iam esse, & recenti-  
 tem in trepidatione r-  
 uentis Cos. ad eam  
 nes, circumducit ag-  
 mul porta signis, qui-  
 mde modicum spac-  
 dem loco, situta vid-  
 dere. Qui vbi redier-  
 ellos, vnde in omni-  
 age lateq; silentiu-  
 Col. cohortes exp-  
 interim castra con-  
 medietatis foribus pa-  
 ueniunt: restit-  
 mca directa: & cog-  
 tati consilio aliquot  
 septima vigilia prof-  
 irobibus solite dimer-  
 nam. fides extitit:  
 tati Cos. M. Artillio  
 nant, cum ad Lucer-  
 pugnari ab Samnitib.  
 ius ei hostis obuius  
 uentium & anceps

in turri-

In turribus ac muris vidit, auidum inuadendi deferta mœnia militem detinet, ne quam occultam in fraudem incautus rueret: duas turmas sociorum Latini nominis circumequirare mœnia, atq; explorare omnia iubet. Equites portam vnam alteramq; eadem regione in propinquo patentes cōspiciunt, itineribusq; iis vestigia nocturnæ hostium fugæ adæquant deinde sensim portis vrbemq; ex tuto relictis itineribus peruiam cōspiciunt: & consuli referunt excessum vrbe: solitudine haud dubia id perspicuum esse, & recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum in trepidatione nocturna passim relictarum. His auditis Cos. ad eam partem vrbis quam adierat equites, circumducit agmen: constitutisque haud procul porta signis, quinq; equites iubet intrare vrbem: & modicum spaciū progressus tres manere eodem loco, si tuta videantur: duos explorata ad se referre. Qui vbi redierunt, retuleruntque eo se progressos, vnde in omnes partes circumspectus esset, longe lateq; silentium ac solitudinem vidisse. exemplo Cos. cohortes expeditas in vrbem induxit: ceteros interim castra communire iussit. Ingressi milites refractis foribus paucos graues ætate, aut inuadidos, inueniunt: relictaq; quæ migratu difficilia essent ea direpta: & cognitum ex captiuis est communi consilio aliquot circa vrbes conscisse fugam: suos prima vigilia profectos: credere eandem in aliis vrbus solitudinem inuenturos. Dictis captiuorum fides extitit: desertis oppidis Cos. potitur. Alteri Cos. M. Atrilio nequaquam tam facile bellum fuit, cum ad Luceriam duceret legiones quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinū ei hostis obuius fuit: ibi ira vires æquavit prælium varium & anceps fuit: tristis tamen euentu

Romanis, & quia infueti erant vinci, & quia digredientes magis quam in ipso certamine, senferunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac cadis fuisset. Itaque is terror in castris ortus, qui si pugnâtes cepisset, insignis accepta clades foret. tum quoque felicitâ nox fuit, iam inuasurum castra Samnitum credentibus, aut prima luce cum victoribus confendas manus. Minus cladis, cæterum non plus animorum ad hostes erat. vbi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt. Sed via vna, & ea ipsa præter hostes erat, quam ingressi præbuere speciem rectâ tendentium ad castra oppugnanda. Cos arma capere milites iubet & sequi se extra vallum: legatis, tribunis, præfectis sociorum imperat, quod apud quæque factu opus est. Omnes affirmant, se quidem omnia facturos: sed militum iacere animos: tota nocte inter vulnera & gemitus morientium vigilatum esse. si ante lucem an castra ventum foret, tantum pauoris fuisse, vt relicturi signa fuerint: nunc pudore a fuga contineri, alioquin pro victis esse. Quæ vbi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos alloquendosque milites ratus, vt ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat, quid cessarent, tergiuersarenturque? hostem in castra venturum, nisi illi extra castra existent: & pro tentoriis suis pugnâuros, si pro vallo nollent. armatis ac dimicantibus haud dubiam victoriam esse: qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut seruitutem patiendam. Hæc iurganti increpantique respondebant, confectos se pugna hesternâ esse: nec virium quicquam, nec sanguinis superesse: maiorem multitudinem hostium apparere, quam pridie fuerit. Inter hæc appropinquabat agmen: & iam breuiore intervallo certiora intuentes, vallum secum portare

Samnitum

inimic affirmant  
annullarum sint. Tu  
nus esse vociferari. ta  
tamque ab igna illi  
unde debimur, in qui  
opinioniam quam i  
in mortiam? Dii b  
Nec dignum quidq  
vel solam, si nemo  
sub hostes: casurum  
nam quam circumual  
in consulis, legati, tr  
nam, & centurion  
nere. tum pudor  
indigniter castris  
cipienti, meti a  
hostem nec spe nec  
conspecta sunt. R  
Samnitium agme  
ferat: exire, id que  
Romanos: nullam  
nillo loco aut cade  
corpore eorum eva  
nunt: armati suis  
m lum exiguum in  
uant expectantes  
depitus clamor incip  
mandum. Diversi qu  
r, ut cedenti inflat  
pore inter iuuitos  
de clamore incerto a  
quidquam moveb  
excitaret, equitum  
a immiser: quorum

Sannitem affirmant, nec dubium esse quin castra  
 circumuallaturi sint. Tunc enim uero Cos. indignū  
 facinus esse vociferari, tantam contumeliam igno-  
 miniamque ab ignauissimo accipi hoste. Etiamne  
 circumsedebimur, inquit, in castris, ut fame potius  
 per ignominiam, quam ferro, si necesse est, per vir-  
 tutem moriamur? Dii bene uerterent, facerentque  
 quod se dignum quisque ducerent: Cos. M. Atti-  
 lium uel solum, si nemo alius sequatur, iturum ad-  
 uersus hostes: casurumque inter signa Sannitium  
 potius, quam circumuallari castra Romana uideat.  
 Dicta consulis, legati, tribunique & omnes turmae  
 equitum, & centuriones primorum ordinum ap-  
 probauere. tum pudore victus miles segniter arma  
 capit, segniter e castris egreditur: longo agmine,  
 nec cōtinenti, mœssi ac prope victi procedunt ver-  
 sus hostem nec spe nec animo certiozem. Itaque si-  
 mul conspecta sunt Romana signa, extemplo a pri-  
 mo Sannitium agmine ad nouissimum fremitus  
 perfertur: exire, id quod timuerint, ad impediendū  
 iter Romanos: nullam inde ne fugae quidem patere  
 uiam: illo loco aut cadendum esse, aut stratis hostib-  
 us per corpora eorum euadendum. in medio sarcinas  
 coniciunt: armati suis quisque ordinibus instruunt  
 aciem. Iam exiguum inter duas acies erat spatium,  
 & stabant expectantes dum ab hostibus prius im-  
 petus, prius clamor inciperet: neutris animus est ad  
 pugnam. Diuersique integri atque intacti ab-  
 sissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent.  
 sua sponte inter inuitos tergiuersantesque segnis  
 pugna clamore incerto atque impari, coepit: nec ve-  
 stigio quisquam mouebatur. Tum Cos. Romanus  
 ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra or-  
 dinem immisit: quorum cum plerique delapsi ex

equis essent, & alii turbati. & ab Samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant, & ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paululum irritata pugna est, sed aliquanto & impigre magis, & plures procurrerant Samnites: & turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit. hinc fuga coepta tota auertit aciem Romanam. Jamq; in terga fugientium Samnites pugnabant, cum Cos. equo prauectus ad portam castrorum, ac statione equitū ibi opposita, edistoque vt quicunq; ad vallum tenderet, siue ille Romanus, siue Samnis esset, pro hoste haberetur: hęc ipsa minitans obstitit profuse tendentibus suis in castra. Quo pergis, inquit, miles? & hic arma & viros inuenies, nec viuo Cos. tuo nisi victor castra intrabis: proinde elige, cum ciue an hoste pugnare malis. Hęc dicente Cos. equites infestis cupidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire iubent. Non virtus solum Cos. sed fors etiā adiuuit: quod non institerunt Samnites, spaciumque circumagēdi signa, vertendiq; aciem a castris in hostem fuit. Tum alii alios hortati, vt repeterēt pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre, & ostendere suis, paucos & ordinibus incompositis effuse venire hostes: Inter hęc Cos. manus ad caelum attollens, voce clara, ita vt exaudiretur, templum Ioui Statori vouet, si cōstitisset a fuga Romana acies, redintegratoq; p̄lio cecidisset, vicissetq; legiones Samnitium. Omnes vndiq; annisi ad restituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumq; visumen etiam deorum respexisse nomen Romanū visum. A deo facile inclinata res, repulsiq; a castris hostes: mox etiam redacti ad eum locū, in quo commissa pugna erat. Ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium, hasere impediti

deinde

valene diuenerunt  
circundant. Tum  
ab tergo circum  
propere. Captiuo  
ita CCC qui omni  
venire ad quatuor  
non quidem latta v  
non acceptam elade  
tus relatus septem  
alia gerebantur:  
namam coloniam  
suppare conati, vrb  
ulati, cum prada  
non atque p̄cedunt  
victorem. incidit  
non pradam solum  
posito agmine inc  
namnam edicto  
spiciendalq; reuo  
rorum causa Ron  
ho agenti negari  
nitum, & quod  
nisset. Cos. alter  
nateria belli deca  
agrimum peruasi  
ode cū egressis ad  
ibus ipsorum dep  
um casti: ceteros  
lofclanum agrum  
pantum vastari,  
um: capta amplius  
no millia circa mu  
aque, quam bellu  
qua est. tres valid

deinde ne diriperentur res, orbem armatorum facinoris circumdant. Tum vero eos a fronte virgere pedites, ab tergo circumuecti equites, ita in medio cessi captique. Captiuorum numerus fuit septem millia CCC. qui omnes nudi sub iugum missi. Caesos retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidem leta victoria fuit. Recensente Cos. biduo acceptam cladem, amissorum militum numerus relatus septem millia trecenti. Dum haec in Apulia gerebantur: altero exercitu Samnites Interamnam coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt. agros depopulati, cum praedam aliam inde mistam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent, in victorem incidunt Cos. ab Luceria redeuntem: nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo ac impedito agmine incompositi caduntur. Consul Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque reuocatis, & exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, & ob amissa tot millia militum, & quod captiuos sine pactione sub iugum misisset. Cos. alter Posthumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Hetruriam traducto exercitu primum peruastauerat Volturnensem agrum: deinde cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat. duo millia CC. Hetruscorum caesi: caeteros propinquitas urbis tutata est. In Rosellanum agrum exercitus traductus. ibi non agri tantum vastari, sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum: minus duo millia circa muros caesa. Pax tamen clarior maiorque, quam bellum in Hetruria eo anno fuerat, parata est. tres validissima urbes, Hetruriae capita,

Volſini, Peruſia, Aretium, pacem petiere: & veſti-  
 mentis militum, frumentoq; pacti cum Coſ. vt mi-  
 titi Romam oratores liceret, inducias in quadraginta  
 annos impetrauerunt. multa præſens quingentū  
 millium aris in ſingulas ciuitates impoſita. Ob hæc  
 reſ geſtas cōſul cum triumphum ab Senatu mo-  
 ris magis cauſa, quam ſpe impetrandi petiſſet: vide-  
 retq; alios, quod tardius ab vrbe exiſſet, alios quod  
 in iuſſu Senatus ex Samnio in Hetruriam tranſiſſet,  
 partim ſuos inimicos, partim collegæ amicos, ad ſo-  
 latium æquatæ repulſæ ſibi quoque negare trium-  
 phum: Non ita, inquit, patres conſcripti, veſtræ ma-  
 iſtatis meminero, vt me conſulem eſſe obliuiſcar.  
 eodem iure imperii, quo bella geſſi, bellis feliciter  
 geſtiſ, Samnio atq; Hetruria ſubactis, victoria & pa-  
 ce parta, triumphabo. ita Senatum reliquit. Inde  
 inter tribunos plebis contentio orta eſt. pars inter-  
 ceſſuros, ne nouo exemplo triumpharet, aiebant:  
 pars auxilio ſe aduerſus collegas triumphanti futu-  
 ros. Iactata reſ ad populum eſt: vocatuſque eo con-  
 ſul, cum L. Horatium, M. Valerium conſules, C. Mar-  
 tium Rutilium nuper, patrem eius, qui tunc cenſor  
 eſſet, nō ex auctoritate Senatus, ſed iuſſu populi tri-  
 umphaſſe diceret: adiiciebat ſe quoque laturum fuiſ-  
 ſe ad populum: ni ſciret mancipia nobilium tribu-  
 nos plebis legem impedituros, voluntatem ſibi ac  
 fauorem conſentientis populi pro omnibus iuſſis  
 eſſe ac futuram: poſteroaq; die auxilio tribunorum  
 plebis trium aduerſus interceſſionem VII. tribu-  
 norum, & conſenſum Senatus, celebrante populo  
 diem, triumphauit. Et huius anni parum conſtans  
 memoria eſt. Poſthumium, auctor eſt Claudius, in  
 Samnio captis aliquot vrbibus, in Apulia fuſum  
 fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam  
 compul-

pulſum ab Attilio  
 triumphante. Fabius d  
 manas res geſiſſe  
 uiam exceſſum, ſe  
 ſaceriam vtrinq  
 iulius Statoris red  
 uerat, ſed ſanum ta  
 ra, iam ſacratus fu  
 no, vt ædem etiam  
 in voti damnata P  
 tunc annum & c  
 aqua paterna glo  
 riatque, quantam  
 tem, præter L. Papy  
 me eodem comat  
 opium armorum  
 norum etiam ad  
 reuolto, velut i  
 nne Samnium ha  
 non conueniſſet  
 niuſſi ab iſſet, cap  
 citas omnis Aqu  
 in militum, quod  
 erunt. ibi mediis  
 tribus præſequi  
 entos maxime pe  
 u libro vetere lin  
 uio Paccio quod  
 ſacrare petere a  
 ſigione: qua que  
 est, cum adimen  
 quiliſſent conſilium  
 petator acciri iut  
 ure ſaſtiſque ſingu

compulsum: ab Attilio in Hetruria res gestas: eumq; **v. c.**  
triumphasse. Fabius ambos Coss. in Samnio, & ad  
Luceriam res gessisse scribit: traductumque in He-  
turiam exercitum, sed ab vtro Cof. non adiecit. &  
ad Luceriam vtrinque multos occisos: inque ea pu-  
gna Louis Statoris ædem vocam, vt Romulus ante  
vouerat, sed fanum tantum, id est locus templo ef-  
fatus, iam sacratus fuerat. Cæterum hoc demum  
anno, vt ædem etiam fieri Senatus iuberet, bis eius-  
dem voti damnata Resp. in religionē venit. Sequi-  
tur hunc annum & C o s. insignis L. Papyrius Cur-  
sor, qua paterna gloria, qua sua: & bellum ingens, vi-  
ctoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam  
diem, præter L. Papyrium patrem Cof. pepererat. &  
forte eodem conatu apparatuq; omni opulētia in-  
signium armorum bellum adornauerant: & opes  
deorum etiam adhibuerant ritu quodam sacramē-  
ti vetusto, velut initiatis militibus, delectu per o-  
mne Samnium habito noua lege: vt qui iuniorum  
non conuenisset ad imperatorium edictum, quiq;  
iniussu abisset, caput Iouī sacratum esset. Tum ex-  
ercitus omnis Aquiloniam est indictus ad X L. mil-  
lia militum, quod roboris in Samnio erat, conue-  
nerunt. ibi mediis fere castris locus est conseptus  
cratibus pluteisque, & linteis contactus, patens du-  
centos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi  
ex libro vetere linteo lecto sacrificatum sacerdote  
Ouiu Paccio quodam, homine magno natu, qui se  
id sacrum petere affirmabat ex verna Samnitium  
religione: qua quondam vsi maiores eorum fuis-  
sent, cum adimendæ Hetruscis Capuæ clandestinū  
cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorē  
imperator acciri iubebat nobilissimum quemq; ge-  
nere factisque, singuli introducebantur. erat cum

460.

alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset, tum in loco circa omni contexto aræ in medio, victimæq; circa cæsar, & circumstâtes centuriones strictis gladiis, admouebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque iureiurando, quæ visa auditaq; in eo loco essent, non nunciaturum. dein iurare cogebatur dicro quodam carmine in execrationem capitis familiaræq; & stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes iuratos se, obtruncati circa altaria sunt. iacentes deinde inter stragem victimarum, documento cæteris fuere ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum ut vir viri legeret: donec sexdecim millium numerum confecissent. ea legio linteata, ab integumento cõsepti, quo sacra nobilitas erat, appellata est. his arma insignia data, & cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminent. Paulo plus viginti millia alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispar. hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam confedit. Coss. profecti ab urbe, prior Sp. Caruilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius superioris anni Coss. in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectum, dum hostes operari superstitionibus concilia secreta agunt. Amiternum oppidam de Samnitibus vi cepit. cæsa ibi milia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor milia ducenti septuaginta. Papyrius nouo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnauit: minus quam collega cepit homi-

num,

LII  
num, plus aliquam  
loque est parta. inde  
me depulato Ar  
num, Papyrius ad A  
minu erat, peruen  
i armis est, neque  
quos, resistentib  
nigis quam in feter  
quod cum incipere  
num etiam parua  
stera Romana ca  
tor: & absentes co  
merant rebus: i  
we discrimine re  
quam ad Cominiu  
nus iam per omn  
tumciam ad colle  
hero die, si per ar  
tite, opus esse de  
minium oppugn  
nibus ad subsidia  
proficiscendum  
probare collegan  
cio missio extem  
nuierio genere  
apparatu vana mi  
tis, disserrit. Non  
pista atq; ausa ca  
condoce tunica ru  
geratur, cœueniar  
sumritium acier  
sum: spoliisque es  
quis arma fuisse  
que, suæ, ut aduer

num, plus aliquanto occidit: præda opulenta utro-  
 bique est parta. inde peruagati Samnium Coss. ma-  
 xime depopulato Antiæ agro, Carullius ad Comi-  
 nium, Papyrius ad Aquiloniam, ubi summa rei Sam-  
 nitiæ erat, peruenit. ibi aliquandiu nec cessatum  
 ab armis est, neque gnauiter pugnatum: læcessendo  
 quietos, resistentibus cedendo, comminandoque  
 magis quam inferendo pugnam, dies absumebatur.  
 quod cum inciperetur remittereturque, omnium  
 rerum etiam paruârũ euentus proferebatur indies.  
 Altera Romana castra viginti millium spacio aber-  
 rant: & absentis collegæ consilia omnibus gerendis  
 intererant rebus: intentiorque Carullius, quo ma-  
 iore discrimine res vertebatur, in Aquiloniam,  
 quam ad Cominium, quod obsidebat, erat. L. Papy-  
 rius iam per omnia ad dimicandum satis paratus,  
 nuncium ad collegam mittit: sibi in animo esse, pos-  
 sere die, si per auspicia liceret, configere cum ho-  
 ste, opus esse & illum quanta maxima vi posset, Co-  
 minium oppugnare, ne quid laxamenti sit Samni-  
 tibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. diem ad  
 proficiscendum nuncius habuit: nocte rediit, ap-  
 probare collegam consulta referens. Papyrius nun-  
 cio misso extemplo concionem habuit: multa de  
 vniuerso genere belli, multa de præsentis hostium  
 apparatu vana magis specie, quam efficaci ad euen-  
 tũ, disseruit. Non enim cristas vulnera facere: & per-  
 picta atque aurata scuta transire Romanum pilum: &  
 candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro  
 geratur, cruentari. Auream olim atque argentæam  
 Samnitium aciem a parente suo occisione occi-  
 sam: spoliaque ea honestiora victori hosti, quam  
 ipsis arma fuisse. Datum hoc nomini familiæ-  
 que suæ, ut aduersus maximos conatus Samnitium

opponerentur duces, spoliaque ea referrent, quæ in-  
 signia publicis etiam locis decorandis essent. Deos  
 immortales adefse propter totiens petita fœdera,  
 totiens rupta: tum si qua coniectura mentis diuinæ  
 sit, nulli vnquam exercitui fuisse infestiores, quam  
 qui nefando sacro mista hominum pecudumque  
 cæde resperfus, incipiti deum iræ deuotus, hinc fœ-  
 derum cum Romanis ictorum testes deos, hinc iu-  
 risurandi aduersus fœdera suscepti execrationes  
 horrens, inuitus iurauerit, oderit sacramentum,  
 vno tempore deos, ciues, hosteis metuat. Hæc com-  
 perta perfugarum indicis, cum apud infensos iam  
 sua sponte milites disseruisset: simul diuinæ huma-  
 næque spei pleni, clamore consentienti pugnam po-  
 scebant: penitet in posterum diem dilatum certamē-  
 moram diei noctisque oderunt. Tertia vigilia no-  
 ctis iam relatis literis a collega, Papyrius silentio sur-  
 git: & pullarium in auspicio mittit. Nullum erat  
 genus hominum in castris intactum cupiditate pu-  
 gnæ: summi infimique æque intenti erant: dux mi-  
 litum, miles ducis ardore spectabat. Is ardor omnium  
 etiam ad eos qui auspicio intererant, peruenit: nam  
 cum pulli non pascerentur, pullarius auspiciū  
 meatiri ausus, tripudium solistimum Cos. nuncia-  
 uit. Cos lætus, auspiciū egregium esse, & deis au-  
 ctoribus rem gesturos pronunciat, signumque pugne  
 proponit. Exeunt iam in aciem nunciat perfuga, vi-  
 ginti cohortes Samnitium (quadringenaria ferme  
 erant) Cominium profectas, quod ne ignoraret col-  
 lega, ex tempore nūcium mittit: ipse signa ocuis pro-  
 ferri iubet: subsidiaque suis quæque locis, & præfe-  
 ctos subsidiis attribnerat. Dextro cornu L. Volu-  
 mniū, sinistro L. Scipionem, equitibus legatos ali-  
 os, C. Ceditium & Trebonium præfecit. Sp. Nautium  
 mulos

nales detractis cit  
 mulorum conspectu  
 te: atque inde inte  
 maxime possit, mo  
 tentus imperato  
 ma de auspicio eiu  
 humanis, qui rem  
 in fratris filio con  
 seruat. Iuuenis ar  
 anus, rem inquisi  
 feret, ad consulē  
 te virtute diligen  
 no adest, si quid fal  
 tem recipit: mili  
 populo Romano  
 et Centurionib  
 met prima signa  
 nantes signa: in  
 hostium quoque  
 quam clamor to  
 temere pilo ictus  
 rui Cos nunciat  
 bet penam noxi  
 ocuis voce clara  
 la affirmans nunc  
 iates interfuisse d  
 nulli iussit. Præliū  
 ge: his patibus anim  
 minis, auidos hos  
 amnitium magna  
 citos magis restit  
 pe: nec sustinuisse  
 perent. Roman  
 tui adfecti, ni pot

mulos detractis elicellis cum cohortibus alaribus in  
 tumultum conspectum prope circumducere iu-  
 bet: atque inde inter ipsam dimicationem quanto  
 maxime posset, moto puluere ostendere. Dum his  
 intentus imperator erat, altercatio inter pullarios  
 orta de auspicio eius dici, exauditaque ab equitibus  
 Romanis, qui rem haud sperendam rati, Sp. Papy-  
 rio fratris filio consulis ambigi de auspicio renunci-  
 auerunt. Iuuenis ante doctrinam deos spernentem  
 natus, rem inquisitam, ne quid incompertum de-  
 ferret, ad consulem detulit. cui ille: Tu quidem ma-  
 ste virtute diligentiaeque esto: ceterum qui auspi-  
 cio adest, si quid falsi nunciat, in semetipsum religi-  
 onem recipit: mihi quidem tripodium nunciatum,  
 populo Romano exercituique egregium auspiciū  
 est. Centurionibus deinde imperauit, vt pullarios  
 inter prima signa constituerent. Promouent & Sa-  
 mnites signa: insequitur acies ornata armataq;: vt  
 hostium quoq; magnificum spectaculū esset. Prius  
 quam clamor tolleretur concurrereturque, emissio  
 temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit. quod  
 vbi Cos. nunciatum est: Dii in praelio sunt, inquit, ha-  
 bet poenam noxium caput. Ante Cos. haec dicentē,  
 coruus voce clara occinuit. quo latus augurio con-  
 sul, affirmans nunquam humanis rebus magis praes-  
 entes interfuisse deos, signa canere, & clamorem  
 tolli iussit. Praelium commissum atrox, ceterū lon-  
 ge disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor cer-  
 taminis, audios hostium sanguinis in praelium rapit:  
 Samnitium magnam partem necessitas ac religio  
 inuitos magis resistere, quam inferre pugnam co-  
 git. nec sustinuisent primum clamorem atque  
 impetum Romanorum, per aliquot iam annos  
 vinci assueti, ni potentior alius metus infidens pe-

stotib. a fuga retineret. quippe in oculis erat omnis  
 ille occulti paratus sacri: & armati sacerdotes, &  
 promiscua hominum pecudumq; strages, & resper-  
 sa fando nefandoque sanguine aræ, & dira execera-  
 tio, ac furiale carmen detestandæ familie itipique  
 compositum. his vinculis fugæ obstricti stabant, ci-  
 uem magis quam hostem timentes. Instare Roma-  
 nos a cornu utroque a media acie, & cadere deorū  
 hominumq; attonitos metu. Repugnatur segniter.  
 vt ab iis quos timor moraretur a fuga. Iam ppe ad  
 signa cedes peruenerat, cum ex trāuerso puluis ve-  
 lut ingentis agminis incessu motus apparuit. Sp.  
 Nautius (Octauium Metium quidam eum tradunt)  
 dux alaribus cohortibus erat: puluerem maiorem  
 quam pro numero excitabant insidentes mulis ca-  
 lones; frondosos ramos per tertiam trahebant arma  
 signaq; per turbidam lucem in primo apparebant:  
 post altior densiorque puluis equitum speciem co-  
 gentium agmē dabat. sefellitq; non Samnites mo-  
 do, sed etiam Romanos: & consul affirmavit erro-  
 rem, clamitans inter prima signa, ita vt vox etiam  
 ad hostes accideret, captum Cominium, victorem  
 collegam adesse. anniterentur vincere prius quam  
 gloria alterius exercitus fieret. Hæc insidens equo.  
 inde tribunis centurionibusque imperat, vt vias e-  
 quitibus patefaciant. ipse Trebonio Ceditioq; præ-  
 dixit, vt vbi se cuspidem erectam quatientem vi-  
 didissent, quanta maxima vi possent, cōcitarent equi-  
 tes in hostem. Ad nutum omnia, vt ex ante præpa-  
 rato, fiunt, panduntur inter ordines via: pronolat  
 eques: atque infestis cuspidibus in medium agmen  
 hostium ruit: perrumpitque ordines, quacumq; im-  
 petum dedit. Instant Volumnus & Scipio, & per-  
 culsos sternunt. Tum iam deorum hominumque  
 victa

ita vi, funduntur  
 in aræ; fugiunt  
 mont. Pedirum ag-  
 gressa ad Aquiloni-  
 quæq; Bouianum  
 quæ, peditem pe-  
 nitaltra Samnitium  
 sapant Volumnus  
 omniore resistit  
 est, sed melius mu-  
 nide lapidib. propu-  
 no pauore prius q-  
 in res esset, lentio-  
 nomem rarus, inte-  
 no parentent ab-  
 frictiores pelli a-  
 certis, primus ip-  
 at portam, secu-  
 rum punit: deru-  
 portam erant si-  
 ora vrbis, quia  
 dent. Hæc prim-  
 piendo exercitui  
 sum sol erat, & a-  
 ita omnia etiam,  
 longius, ab devert-  
 mouem; in vrb-  
 tum fremitu esse  
 tum erat aduectu-  
 in moris videt, ne-  
 quoniam temerit-  
 a; scilicet esset, ac-  
 que in vibem infi-  
 pite, quia non ap-

victa vi, funduntur linteatae cohortes: pariter iurati  
 iniuratiq; fugiunt, nec quenquam praeter hostes me-  
 tuunt. Peditum agmen quod superfuit pugnae, in  
 castra ad Aquiloniam compulsus est. nobilitas e-  
 quitescq; Bouianum perfrugerunt. equites eques se-  
 quitur, peditem pedes: ac diuersa cornua, dextrum  
 ad castra Samnitium, laeuum ad urbem tendit. Prior  
 aliquanto Volumnius castra cepit. ad urbem Scipi-  
 oni maiore resistitur vi: non quia plus animi victis  
 est, sed melius muri quam vallum armatos arcent.  
 inde lapidib. propulsant hostem. Scipio, nisi in pri-  
 mo pauore prius quam colligerentur animi, transa-  
 cta res esset, lentiosem fore munita urbis oppugna-  
 tionem ratus, interrogat milites, Satin' aequo ani-  
 mo paterentur ab altero cornu castra capta esse,  
 se victores pelli a portis urbis? Reclamantibus vni-  
 uersis, primus ipse scuto super caput elato pergit  
 ad portam. secuti alii tessudine facta in urbem per-  
 xumpunt: deturbatisque Samnitibus, quae circa  
 portam erant muri occupauere. penetrare interi-  
 ora urbis, quia pauci admodum erant, non au-  
 dent. Haec primo ignorare consul, & intentus reci-  
 piendo exercitui esse. iam enim praecipuus in occa-  
 sum sol erat, & appetens nox periculosa & suspe-  
 cta omnia etiam victoribus faciebat. progressus  
 longius, ab dextra castra capta videt: ab laua cla-  
 morem in urbe mistum pugnantium ac pauen-  
 tium fremitu esse. & tum forte certamen ad por-  
 tam erat aduectus deinde equo propius, vt suos  
 in muris videt, nec iam integri quicquam esse:  
 quoniam temeritate paucorum, magna rei par-  
 ta occasio esset, acciri quas receperat copias, signa  
 que in urbem inferri iussit. ingressi proxima ex  
 parte, quia nox appropinquabat, quicquid nocte

oppidum ab hostibus desertum est. Casa illo die ad Aquiloniam Samnitium, millia triginta trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti & septuaginta, signa militaria nonaginta septem. Cæterum illud memoriæ traditur, non ferme alium ducem lætiores in acie visum, seu suopte ingenio, seu fiducia bene gerendæ rei. Ab eodem robore animi, neque controuerso auspicio reuocari a prælio potuit: & in ipso discrimine, quo templa diis immortalibus voueri mos erat, vouerat Ioui Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi prius quam remetum biberet, sese facturum, id votum diis cordi fuit, & auspicia in bonum verterunt. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. Prima luce ad mœnia omnibus copiis admotis, corona cinxit urbem: subsidiaq; firma, ne qua eruptio fieret portis opposuit. Iam signum dantem cum nuncius a collega trepidus de viginti cohortium aduentu, & ab impetu moratus est: & partem copiarum reuocare instructam, intentamq; ad oppugnandum coegit. D. Brutum Scæuam legatum cum legione prima, & viginti cohortibus alaribus, equitatuq; ire aduersus subsidium hostium iussit: quocunq; in loco fuisset obuius, obisteret ac moraretur: manumque, si forte ita res posceret, conferret: modo ne ad Cominium ex copiæ admoueri possent. ipse scalas ferri ad muros ab omni parte vrbis iussit: ac testudine ad portas successit: simul & refringebantur portæ, & vis vndiq; in muros fiebat. Samnites, sicut antequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt ad prohibendos vrbis aditu hostes: ita postquam iam non ex intervallo, nec missilibus, sed cominus gerebatur res: & qui ægre successerāt ex platio in muros, loco quem magis timuerant victo, facile

in hostem imo  
his turribus mun  
ualis per inde ten  
um deinde abiecit  
mū & quadring  
na ad quatuor mil  
Cominium, sic ad  
no inter duas vrb  
pugna, hostes no  
um abellent a Co  
ratio occurrerunt  
suspectu iam cast  
amor eos vtrinq;  
regione castroru  
numa late fusa  
magis prohibuit  
omis irritati pass  
his, expectando  
luce incerti qua  
pente in fugam  
vris: qui egres  
cati, viderent m  
nibus firmatam.  
ca multitudo erat  
eo sequebantur:  
sequi potuit, & ab  
interme & octog  
signa militaria d  
pauine incolumi,  
num peruentum e  
Romani auxilii, & a  
interq; ex alterius se  
impedendum mili  
pauem inicit: eod

eile in hostem imparem ex æquo pugnabant: relictis turribus murisque in forum omnes compulsi, paulisper inde tentauerunt extremā pugnae fortunam. deinde abiectis armis, ad quindecim millia hominum & quadringenti in fidem consulis venerunt, caesa ad quatuor millia ac trecenti octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res. Inde medio inter duas vrbes spacio, vbi tertia expectata erat pugna, hostes non inuenti, septem millia passuum cum abessent a Cominio, reuocati ab suis, neutri praelio occurrerunt. primis ferme tenebris cum in conspectu iam castra, iam Aquiloniam habuissent: clamor eos vtrinque par accidens sustinuit. deinde e regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erāt, flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis, expectando timendoque lucem, egere. prima luce incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur conspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, viderant multitudinem non vallo, non stationibus firmatam. Conspecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat iamque etiam legionariæ cohortes sequebantur: cæterum nec pedes fugientes persequi potuit, & ab equite nouissimi agminis ducenti ferme & octoginta interfecti. arma multa pauidi ac signa militaria duodeuiginti reliquerunt. alio agmine incolumi, vt ex tanta trepidatione, Bonianum peruentum est. Latitiam vtriusque exercitus Romani auxit, & ab altera parte feliciter gesta res, vterque ex alterius sententia consul captum oppidum diripiendum militi dedit. exhaustis deinde tectis ignem iniecit: eodemque die Aquilonia & Comi-

nium deflagrauere, & consules cum gratulatione  
 mutua legionum suarum; castra coniungere. In con-  
 spectu duorum exercituum, & Caruilii suos pro-  
 cuiusque merito laudauit, donauitque, & Papyrius,  
 apud quem multiplex in acie, circa castra, circa vr-  
 bem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papyrium  
 fratris filium & quatuor centuriones, manipulum-  
 que hastatorum, armillis aureisque coronis dona-  
 uit. Nautium propter expeditionem, qua magni a-  
 gminis modo terruerat hostes: iuuenem Papyrium  
 propter nauatam cum equitatu & in praelio ope-  
 ram, & nocte qua fugam infestam Samnitibus ab  
 Aquilonia clam egressis fecit: centuriones militef-  
 que, quia primi portam murumque Aquiloniam ce-  
 perant: equites omnes ob insignem multis locis o-  
 peram, corniculis, armillisque argenteis donat. Cō-  
 sulum inde habitum, cum iam tempus esset dedu-  
 cendi ab Samnio exercitus, aut vtriusque, aut certe  
 alterius, optimum visum, quo magis fracta res Sa-  
 mnitium essent, eo pertinacius & infestius agere ce-  
 tera & persequi: vt perdomitum Samnium insequen-  
 tibus consulis tradi posset. quando iam nullus  
 esset hostium exercitus, qui signis collatis dimi-  
 caturus videretur: vnum superesse belli ge-  
 nus, vrbium oppugnationes: quarum per excidia  
 militem locupletare praeda, & hostem pro aris ac  
 focis dimicantem conficere possent. Itaque lite-  
 ris missis ad Senatum populumque Romanum  
 de rebus ab se gestis, diuersi, Papyrius ad Sepinum,  
 Caruilii ad Volanam oppugnandam, legiones du-  
 cunt. Literarum consulum ingenti latitia & in curia  
 & in concione audire: & quattidui supplicatio-  
 ne publicum gaudium priuatis studiis celebratum  
 est, nec populo Romano magna solum, sed perop-  
 portu-

portua etiam  
 niamus rebelle  
 puto animum, q  
 Hetruria fuisset, si  
 qua conuratione  
 consules, omniq;  
 esset occupatione  
 landi habuisset. I  
 filio pratore in Se  
 tri & vallan agros  
 a pop. Rom. no  
 captos, vt se a vi  
 urantentur. Resp  
 um, no hostios fid  
 pedem eandem  
 pias tamen qu  
 ellet, n̄ falsicos  
 moxicia fuerant  
 rille. Huius pp  
 vt ficialis mit  
 Quibus non reo  
 puli, bellum Fal  
 n̄, vter ex Samn  
 ter. Iam Caruilii  
 eulaneum ex Sa  
 paucos dies, fals  
 cellit: ad Hercul  
 copiti praelio, & c  
 dimicauit. castri  
 inclisit: oppugn  
 ribus vrbibus cap  
 am: ita, vt paruo  
 antus. Sorcienri  
 Caruilio euenit se

portuna etiam ea victoria fuit: quia per idem forte tempus rebellasse Hetruscōs allatū est. Subibat cogitatio animum, quoniam modo tolerabilis futura Hetruria fuisset, si quid in Samnio aduersi venisset: quā coniuratione Samnitium erecta, quoniā ambo cōsules, omnique Romana vis auersa in Samnium esset, occupationem pop. Rom. pro occasione rebel- landi habuisset. Legationes sociorum a Marco Artilio pratore in Senatum introductæ, querebantur vri & vastari agros a finitimis Hetruscis, quod desciscere a pop. Rom. nollent: obtestabanturque patres cō- scriptos, vt se a vi atque iniuria communiū hostium tutarentur. Responsum legatis, curæ senatui futu- rum, ne socios fidei suæ poeniteret. Hetruscōrum pro- pediem eandem fortunam, quā Samnitium fore. Se- gnius tamen quod ad Hetruriam attinebat, acta res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos in a- micicia fuerant, allatum foret, arma Hetruscis iun- xisse. Huius propinquitas populi acuit curam patri- bus, vt fociales mittendos ad res repetendas censerent. Quibus non redditis, ex auctoritate patrū iussu po- puli, bellum Faliscis indictū est: iussique cōsules forti- ri, vt ex Samnio in Hetruriam cū exercitu transi- ret. Jam Caruilius Volanam, & Palumbinū, & Her- culaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem quo ad muros ac- cessit. ad Herculanēum bis etiam signis collatis an- cipiti prælio, & cum maiore sua quā hostiū iactura dimicauit. castris deinde positis, mœnibus hostem inclusit: oppugnatum oppidum, captumque. In his tribus urbibus capta aut cesa ad decem millia homi- num: ita, vt paruo admodum numero plures cape- rentur. Sortientibus prouincias cōsulibus, Hetruria Caruilio euenit secundum vota militum, qui vim

frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papyrio ad  
 Sepinum maior vis hostium resistit: saepe in acie, sepe  
 in agmine, saepe circa ipsam urbem aduersus eruptiones  
 hostium pugnatum: neque obsidio, neque bellum ex æquo  
 erat: non enim muris magis se Samnites, quam armis ac  
 viris moenia tutabantur, tandem pugnando in obsidione  
 iustam coegit hostes: obsidendoque vi atque operibus urbem  
 expugnauit. itaque ab ira plus cædis editum capta urbe: septem  
 millia quadringenti cæsi, capta minus tria millia  
 hominum: præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium  
 rebus in vrbes paucas, militi concessa est. Nives iam  
 omnia oppleuerant, nec durari extra tecta poterat: itaque  
 consul de Samnio exercitum deduxit. Venienti Romam,  
 triumphus omnium consensu est delatus. triumphauit in  
 magistratu, insigni, ut illorum temporum habitus erat,  
 triumpho. pedites equitesque insignes donis transiere,  
 ac transiecti sunt: multæ ciuicæ coronæ vallaresque ac  
 murales conspectæ, inspectata spolia Samnitium, & de  
 core ac pulchritudine paternis spoliis, quæ nota frequenti  
 publicorum ornatu locorum erant, comparabantur. nobiles  
 aliquot captiui, clari suis patrumque factis, ducti. æris  
 grauis transiecta vicies centum millia, & quingenta  
 triginta tria millia. id æs redactum ex captiuis dicebatur,  
 argenti quod captum ex urbibus erat, P. M. CCCCXXX. omne æs  
 argentumque in ærarium conditum. militibus nihil datum  
 ex præda est: auctaque ea inuidia est ad plebem, quod  
 tributum etiam in stipendium militum collatum est: cum,  
 si spreta gloria fuisset: captiuæ pecuniæ in ærarium  
 illata, & militi tum dari ex præda, & stipendium  
 militare præstari potuisset. Eadem Quirini, quam in  
 ipsa dimicatione votam

apud

quod neminem  
 hercule tam exig  
 sollicitatore, pat  
 motu nauitque hos  
 trado fuit, vno  
 nis ornaretur, sed  
 al templorum lo  
 uiderentur. A t  
 finum, quia regi  
 hybernatum dux  
 Hetruria Troiliti  
 quadringentos  
 di pactos vi abire  
 multitudinem o  
 quinq; castella  
 ubi hostium du  
 millia capti, &  
 inducias dedit.  
 stipendium ei  
 triumphum de  
 bus, quam co  
 Hetrusci belli g  
 trecenta nonag  
 Fortis fortunæ  
 pe adem eidem  
 tum & militib  
 alterum tantum  
 malignitate col  
 diuit. Favor co  
 Posthumiam leg  
 cio Tribuno ple  
 ferebat populi  
 petagi accusatio  
 al tribuni plebis

apud neminem veterem auctorem inuenio (neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset) ab dictatore patre votam filius consul dedicauit, exornauitque hostium spoliis: quorum tanta multitudo fuit, vt non templum tantum, forumque his ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitimis ad templorum locorumque publicorum ornatum diuiderentur. A triumpho exercitum in agrum Vestinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hybernatum duxit. Inter hæc Caruilius consul in Hetruria Troilium primum oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos pecunia grædi pactos vt abire inde liceret, dimisit: cæteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit, inde quinque castella locis sita munitis expugnauit. Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti minus duo millia capti, & Faliscis pacem petentibus, annuas inducias dedit: pactus centum millia grauis æris, & stipendium eius anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit, vt minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat: ita cumulo Hetrusci belli equatum, æris grauis tulit in gratium trecenta nonaginta millia: de reliquo ære ædem Fortis fortunæ de manubiis faciendam locauit, prope ædem eidem deæ ab rege Seruio Tullo dedicatam: & militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus atque equitibus, malignitate collegæ gratius accipientibus munus, diuisit. Fauor consulis tutatus ad populum est L. Posthumium legatum eius: qui dicta die a M. Cancio Tribuno plebis fugerat in legationem (vt fama ferebat) populi iudicium: iactantque magis quam peragi accusatio eius poterat. Exacto iam anno, noui tribuni plebis magistratum inierant: iisque ipsis,

- V.C. quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffe-  
 ſti. Luſtrum conditum eo anno eſt a P. Cornelio  
 Aruina, C. Martio Rutilio, cenſoribus: cenſa capitū  
 miſſia ducenta ſexaginta duo, trecenta viginti duo.  
 Cenſores viceſimi ſexti a primis cenſoribus luſtrum  
 vnde viceſimū fuit. Eodem anno coronati primum  
 ob res bello bene geſtas, ludos Romanos ſpectaue-  
 runt: palmaque tum primum tranſlato e Græcia  
 more victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus cu-  
 rulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot  
 pecuariis, via a Martis ſilice ad Bouillas perſtrata eſt.  
 Comitæ conſularia Lucius Papyrius habuit: creauit  
 461. Conſules Quintum Fabium, Maximi filium Gur-  
 gitem, & D. Iunium Brutum Scævam. ipſe Papyrius  
 prætor factus. Multis rebus lætus annus, vix ad ſola-  
 tium vnus mali, peſtilentia vrentis ſimul urbem  
 atque agros, ſuffecit. portentoque iam ſimilis cla-  
 des erat. Et libri aditi, quiſnam ſiſis, aut quod reme-  
 dium eius mali ab diis daretur. inuentum in libris  
 Æſculapium ab Epidauro Romam accerſendum,  
 neque eo anno, quia bello occupati conſules erant,  
 quicquam de ea re actum, præterquam  
 quod vnum diem Æſculapio  
 ſupplicatio habita eſt.

DECAD. I. FINIS.

DECA-

EP

DECADIS

VM  
 Sam  
 es ab  
 ter de  
 zom

lydum policitus eſt  
 nre ſibi conſul ac  
 Tullium conpererat  
 uci porci. Et non e  
 a Æſculapio ſignu  
 quem qui ſe in m  
 eſt conſabat de por  
 uſtero loco ad  
 minis conſulari  
 tino in agro ſuo v  
 cem petentibus fa  
 tu conſul Saruſi  
 ſtu. et vno deditio  
 plauit. Colonia de  
 uiri capitales tunc  
 ſtrum conditum, e  
 miſſia. Plebs propo  
 ſitione, ad tribunos  
 Horrenſis dictator  
 deceſſit. Rex præte  
 rem aduerſus Luc  
 placuerat.